AUTHOR:
VITALIS BLESENSIS, FL.
TITLE:

VITALIS BLESENSIS
GETA, COMOEDIA

PLACE:
BERNAE

DATE:
1840

Master Negative #

92-80464-3

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

879V83
R

Vitalis Blesensis, fl. 1160-1175.
... Vitalis Blesensis Geta, comoedia, ex optimis codicibus Bernensibus, Monacensibus, Parisiensibus, Darmstadiensibus et Vaticano recensita. Bernae, ex officina Fischeriana, 1840.
47 p. 23 cm.

At head of title: Indicem lectionum in Universitate litterarum Bernensi... praemissa est Carol Guil. Mülleri... Analectorum Bernensium particula II.

602689

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 02.26.1992 INITIALS: Emilian
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

COLUMBIA
COLLEGE


SIGILLUM COLLEGII COLUMBIAE NOVI EBORACI
IN LUMINE TUO VIDEBIMUS LUMEN
1754

INDICEM LECTIONUM
IN
UNIVERSITATE LITTERARUM BERNENSI
INDE
A DIE VIII APRILIS MENSIS
USQUE
AD DIEM XV AUGUSTI MENSIS MDCCCXXXX
HABENDARUM
PROPONIT
RECTOR ET SENATUS.

PRAEMISSA EST

CAROL. GUIL. MÜLLERI,
THURINGI, PHILOS. DOCTORIS, ANTIQU. LITTERARUM PROFESSORIS,

ANALECTORUM BERNENSIUM PARTICULA II:
VITALIS BLESENSIS GETA COMOEDIA,
EX OPTIMIS CODICIBUS BERNENSIBUS, MONACENSIBUS, PARISIENSIBUS, DARMSTADIENSIBUS ET VATICANO RECENSITA.

BERNAE,
EX OFFICINA FISCHERIANA.

MDCCCXXXX.

ANALECTORUM BERNENSIUM

PARTICULA II.

De Vitale Blesensi.

Quum ante hos quinque vel sex annos codices nonnullos manuscriptos bibliothecae Bernensis percurrerem, qui carmina Latina nondum edita mihi continere videbantur, incidi etiam in codicem 702, forma duodecima, quae dicitur, scriptum et varia opera et poetica et pedestria continentem, inter quae maxime memorabilia sunt Ciceronis paradoxa [1]), et nonnulla carmina metro heroico ita scripta, ut

[1]) Contuli hoc paradoxorum exemplar cum editione Gernhardiana, et multas adnotavi scripturae discrepantias, quas hic Ciceronis amatoribus propono. Non tota paradoxa adsunt, sed incipit hoc fragmentum paginae 180 editionis illius his verbis: *Quibus tandem gradibus* etc. Pag. 181: *hisne — quid Numa Pompilius — quam delicatas.* Pag. 182: *pares inter omnes se — Superbum Tarquinium — eius consilii — sint non existet — fuisse causa videatur — Porsennae aq. Mucium* — 183: *quae patrem . . . hostium copias* desunt — *gnati p. scipionis — carthaginensium — includendum* — 184: *minor. quid maior — habundamus — an cogitasse quicquam in vita putamus — laudabile et praeclarum esse — irrisores isti — iam* deest — 185: *corithius — habundant — q. fabricii — nichil horum — nichil — se similes maluerunt. Atque adhoc quidem, quae — bonis rebus — arte tamen* — 186: *natura omnium rerum — nichil* et sic semper — *nichil divinius — te et quadr. — aliquem — maxime particeps boni est — vel maxime, neque enim est — quo is qui id habeat honeste non possit gloriari — maiorem num — se et praedicando* — 187: *non est; eaque* desunt — *sua fide — dimovet — nichil aliud est* —. Paradoxa II. Graeca verba pessime scripta, ita ut legi non possint, quod et in aliis inscriptionibus eodem modo factum. — *Nec ego — erumpnosum.* 188: *ipse certe — mihi in — in adversis — beatius mortalium*

vocabulum ante caesuram positum eodem sonu claudatur atque novissimum versus

---

nichil esse — 189 : est aptus deest : totus — 190 : nichil quo — acciderit ista tam ingrata — ut statu essem — 191 : minaris — vel exilium — terribilis quorum — exstinguentur — non his quorum — his quibus — non his qui — te erumpne premunt, te miserie — beatum te — satis est et id (quod est deest) 192 : aspexisti — tibi tuae — suspicare — quamobrem ut stulto et inherti — esse nemo potest — cuius vita non laudanda est — fugienda est — 193 : florens expet. — Parad. III. Inscriptio graeca pessime scripta ; latina deest : Parva inquis est, ut — 194 : esse aliud alio maius — quidem peccare — in inscitia gubernatoris — lapsa libido — petulans esset — aliqua generosa virgini — 195 : transire — culpam transeundi nichil — minus fieri — 196 : sunt pares paria esse vitia necesse — temperato temperatiorem — 197 : idem lucrari in X milibus auri pondo non fecerit — temperatum qui — virtus consentiens cum omni ratione — 198 : ut vitia sint — facta quoniam — inquit c. gl. Epicurus — 199 : memoria — quoniam verbis contendimus — utrum bonis quaer. — aut quid operarii, aut quid homines senserint — hominum reperiri — est enim — 200 : ac magistr. — afferant — Nichil igitur neñ facile possim interest. Nam hi dicit aliquis patrem enecet an — iudicare non facile — si quam scelus — 201 : quoniam utro accessit fit — coniuncta — si id fit iniuria — 202 : nephas — modum rerum — tenere non poss. — 203 : brevior una — exsibilatur explod. — vita que et omni — peccasse — civem peccata — leviora esse qui possint cum aliquid peccetur rat. — magis peccare — 204 : Parad. IV. Graeca verba pessime scripta. omnes stultos insanire — 205 : rebus addicam — tolerantia rerum — contemptione fortunae — vincetur. expugnabitur — etiam furum et — 206 : omnis etiam — in unum — erat civitas — cum . . . ferro, quae apud Gernh. desiderantur, adsunt — ferro magistatibus — 207 : ad tantum sc. — furoremque non — civitate sum ut essem — 208 : liber — at vide, qui — duxi ante me — ni forte — aut ectis — meorum deest — 209 : vigilias si mo. r. p. si huius — immortalem deest — 210 : manarent, eripuisses. tunc. — me iniuriam confiterer — sed haec — tua dedit iniuria — tunc max. — nationibus civis optimus — hostis esse — animis — 211 : parthacus — esse civis — cum omnes . . . putent deest — ne quid — vel quid colloquari — exsules fiunt et si — mutaverunt — 212 : non . . exsul desunt — Non appeletur inimicus — fuerit ante senatum? — occiderit plur. — deflagravit. qui tela — 213 : Bonae acc. — at id re fecisse, et id gloriari — deiectus exsulis nomen — 214 : in portu fuisti. nunc ubi quisquis. — Parad. V. Omnes sapientes liberos esse et omnes stultos servos. — ĩpprator. — 215 : modo tandem hi — servet voluptates — coerceat iracundiam — et cum ipse — dedecoris aut — ego auctoritate — habenda esset haec oratio — 216 : et provisa — 217 : sed sequitur — id quod salutare maxime iudicat — — cui etiam — 218 : vim maximam habere — dicit suis quisque fugitur moribus — igitur sapienti contingit — ita pluribus — affectus sit esse liberum neminem. Servi igitur omnes omnes improbi servi — 219 : et facta — adiecti — leves omnes cupidos omnes — ille liber mihi videat — 220 : extimescendum est — sed nequiss. servum desunt — familia stultorum — 221 : sed iñ servi atrienses acto pari stultitiae suae, quos — E summis inquiunt principibus civitatis. Vos — vestrorum quidem — 222 : vertunt — civitatibus — civitatis locum — tenent. Magnis — 223 : Actionis tabula — Mitto . . . .

vocabulum [2]). Praeterea multa alia in codice insunt. Quo in codice etiam carmen Latinum versibus elegiacis scriptum et verbis Graecorum studia incipiens inveni,

---

habeas desunt — instruentem — clamorem — servum esse omnium ineptiarum — illa festiva — 224 : L. Meñius — macellionem — contempsisset — an atheniensem — aut in domo — videat summis, deest aliquem — 225 : maiore dignum — ac sectatur — numerat. quid — servi non inhertis — videtur liberalior — 226 : sed vehemens. Cetego — inter vocc : probatissimo et qui lacuna, in qua a m. recent. scriptum servire coëgit eos — amplissimi videbantur esse — domum precari supplicare — cum cupiditatis — paulo locatioribus — 227 : viri oratio l. crassi — sapiens. eripite — a servitute — debilitas — humilis confracta cupiditas — servire. libertatem — siquid animo — exaggerati — 228 : tete dicito quam quidem — videat imperotor — convingat. — Paradox. VI. Graeca inscriptio pessime scripta est. Quod solus sapiens dives sit — pecuniae tuae — 229 : dives? Quid vero? ne quidem? quid si — posuimus — in quo tanta — quaerit, appetat — et nichil sibi — satiatus aut etiam contemptus pecunia — dives est — 230 : posset ullus; si cotidie — pacisceris in lacuna a manu rec. scriptum — exspectas amicorum atque quidem ipse supponis — habundantis — 231 : sat est — opus est — maiore et si — 232 : ut Danaum aiunt — habuerunt quae quidem brevi magnas copias — hõ quando ego — ipse egere — 233 : ut ex eo — esse non divitem — ut non expleat — egestatem vel — ut his qui — rem deest — faciundis — video partem accusatorum iudicum — 234 : mercedum deest — intercisas pec. in conditionibus sub syllaba di duo puncta posita — 235 : defenerandas dir. pecunias — magis qui cum servis cum clientibus — locupletum — 236 : tot deest — forrum — habundantia — assequare — 237 : utrum tandem a manu recentiore in lacuna scriptum — an libertatem — 238 : hereditatis Maximo — quae sunt a manu rec. additum — virtutum existimandum — ut quisquam — virtus extimenda — non intelligunt deest — 239 : sextercia — sala marmore faventi et signa et tabulas — concupiscentie — ad fructum ille est sumtus — utrum est igitur — qui eget . . . . sustinet desunt — 240 : aliquantulum — verrer — cubios et lucinos — in larcopo. nos vero — 241 : pecunie est — vectigalem content. — rerum deest — extimatores — magni — possessionum minime desunt — noceri non potest, neque naufragio neque incendio amittitur, quanti est extimanda virtus, quae nec eripi nec surripi potest nec tempestatum nec temporum perturbatione mutatur — 242 : soli divites — soli. quod — sunt rebus — re nulla indigent — 243 : incertas et casu — quod habet — extimandi — Explicit : Tullius de paradoxa.

[2]) Adsunt in codice 13 huius generis carmina, a) Passio sancti Mauricii et sociorum uersifice composita, incipiens verbis : Dum coibere parrat gallos, quos conglomerarat; implet hoc carmen tria folia, quorum prioris pars abscissa est. b) Sermo de vitiis et virtutibus, solitudinem esse petendam, implet unum fere folium et incipit verbis : Rus habet in silua patruus meus. huc mihi saepe Mos est abiectis curarum sordibus et quae Excruciant hominem secedere etc. c) Contemtus praesentis vitae, implet unum folii latus et incipit : Vitae praesentis si comparo gaudia ventis, cum neutrum duret, nemo reprehendere curet. d) Dissuasio cupiditatis unum folii latus implens incipit verbis : Vos qui diligitis bona quae retinere nequitis, Qui non diligitis,

cuius alterum exemplar in codice 539 seculo XV in charta scripto legitur. Denique in codice chartaceo 559, eodem varia scripta continente et nitidissime a manu XVI vel XVII seculi scripto, priores 92 huius carminis versus insunt. Illo iam tempore hoc carmen typis exscribendum curare in animum induxeram, attamen, quamquam vir cl. J. C. Orellius postea mihi dixit, se auctorem in aliqua praefationum indicasse, consilium meum irritum factum est, quia et Ang. Maius carmen in quinto auctorum classicorum volumine et Fridericus Osannus, Gissensis professor, idem carmen ex Darmstadiensibus codicibus edidit [3]). Negari quidem non potest, Osannum eo optime de hoc carmine meritum esse, quod non primus quidem,

---

quae perpetualia scitis, Humanae vitae planctus audire venite. e) *Non sit expavescenda mors corporis*, unum latus implens incipit verbis: *Ligna voluptatis plantaverat apta beatis.* f) *Ad monacum detrectorem quod nullus sit desperandus dum vivit*, viginti sex versibus absolvitur carmen, quod incipit verbis: *Necte velle puto, necte gaufride saluto, Nam cum sis purus et forsitan abba futurus, Hos velud extorres regni coelestis abhorres.* g) *Commendatio castitatis*, undeviginti versibus constat et incipit verbis: *Ut flos in pratis sic gratia virginitatis In muliere bona, maribus quoque prima corona.* h) *Dissuasio navigationis ob lucrum.* Totum hoc carmen quod omnium paucissimis versibus constat speciminis causa adiicere volo: *Qui vult scire minas tempestatisque ruinas, Audiat et discat quantum maris unda dehiscat; Quem faciat sursum velud in coelestia* (? hoc vocabulum e conjectura pono, nam scriptum est *deduvia) cursum, Ut madeant stellae sparsae de rore procellae, Ut mare concisum metuendam pandat abyssum. Haec et plura satis multum maiora relatis, Audiat haec, inquam, sed non et sentiat unquam, Credat narranti, cui non sunt munera tanti, Ut propter lucrum fiat maris esca volucrum, Ut lucri tantum spe fiat esca natantum. Ille si credet, mea quem dissuasio laedet, Quarum spe ductus pulsabit remige fluctus, Fluctus pulsabit, quae dico, vera probabit, Et iam non verbis, sed rebus credet acerbis.* i) *In seditiosum vulgus*, duodecim versibus constans incipit: *Ex quo coelestem meruit sapientia sedem.* k) *Commonitorium invectivum ad obsessos in castro;* quindecim versibus absolvitur carmen incipiens verbis: *Si circumcirca surgant adamantina claustra, Si novies solidi circumflui robora muri* etc. l) *Reprehensio superfluorum in epitafio iohannis abbatis*, viginti quinque versibus constans carmen incipit: *Quod multis annis duravit vita iohannis.* m) *Dissuasio concubitus in uno tantum sexu.* Constat carmen viginti quatuor versibus et incipit verbis: *Daemonis inventum scelerum familia centum, In quibus hunc mundum trahit ad poenale profundum.* n) Sequitur carmen triginta versuum inscriptione non addita, cuius priores versus hi sunt: *Me miserum! quid agam? porto sub pectore plagam, Plagam peccati fetentis et inveterati, Tanquam si portem sub eodem pectore mortem.* Praeterea in hoc codice multa inveniuntur fragmenta pedestria ad philosophiam, religionem, musicam, medicinam, cetera spectantia.

[3]) Darmstadii sumptibus Eduardi Heil. 1836. Titulus libri est: *Vitalis Blesensis Amphitryon et Aulularia eclogae edidit Fr. Osannus.*

at valde perspicuis argumentis exposuit, quis eius auctor esset; verum tamen in restituendis versibus carminis ipsis saepe erravit. Primus auctorem carminis detexit J. C. Orellius anno 1830 [4]). Quum nunc ad codices tres Bernenses etiam alia auxilia litteraria adeptus sim, et in meos usus partim a me ipso, partim ab aliis septem codices manuscripti sint collati; multa eorum ope in carmine Vitalis, quale ab Ang. Majo et Osanno editum est, emendari possunt.

De tempore, quo Vitalis Blesensis vixerit, nihil certi constat; nam argumenta, quibus inductus Fournierius putaret, eum carmen suum, quod Querulus inscribitur, anno 1186 edidisse, quum auctores historiae litterariae Gallicae ea omittant, non valde firma fuisse videntur [5]); neque illi ipsi auctores historiae litterariae, qui Vitalem seculo duodecimo exeunte vixisse putant, ullo argumento hanc opinionem fulciunt [6]). Melius res Osanno processit, quippe qui certe tempus constituerit, quo vel ante quod Vitalis vixerit. Duo proponit argumenta, quorum prius praecipue memoratu dignum est. Nam in Matthaei Vindocinensis opere, inscripto *aequivoca* invenitur versus ex carmine nostro Vitalis. Haec enim in codice Darmstadiensi Matthaei fol. 141, a. de voce *lentus* leguntur Osanno referente [7]): «*Quandoque piger, unde Ovidius epistola* [8]): *Hanc tua Penelope lento tibi mittit Uluxe, et in Geta: Birria quid nimis est lentus asellus erit,*» qui versus non Ovidii sed Vitalis Blesensis est et in eius carmine Geta legitur 167. Vixit igitur Vitalis ante Matthaeum Vindocinensem. Quum vero hic Matthaeus carmen suum, quo totam Tobiae historiam narrat, Bartholomaeo Vindocinensi, qui anno 1174 archiepiscopus Turonensis factus, anno 1206 hoc munere ornatus mortuus est, dedicaverit, eoque natu minor fuisse non videatur, Matthaeus sub finem saeculi XII mortuus est [9]). Illo igitur tempore carmen Vitalis Blesensis non solum valde cognitum erat, non

---

[4]) Fecit hoc Orellius in epistola critica ad Madvigium, quae praefixa est libro ab Orellio edito: Ciceronis orator, Brutus et topica. Turici, 1830, in quo pag. LXXII. haec leguntur: *Circa idem tempus* (1184) *Vitalis Blesensis totum Querulum carmine elegiaco expressit, ut item Amphitryonem Plauti; cuius Amphitryonis nondum editi atque in deperditis habiti a scriptoribus histor. litter. Gallicae Vol. XV. p.* 131. *duo extant codices in bibliotheca Bernensi.*

[5]) Tom. XV. p. 429: «*Fournier croit qu'il publia en* 1186 *le poëme que nous avons de lui.*»

[6]) Tom. XV. p. 428.

[7]) Vide Osann. l. l. p. VIII.

[8]) Ovid. Heroid. I, 1.

[9]) Historia litterar. Gall. T. XV. p. 423.

solum eadem qua Gualtheri Alexandreis diligentia legebatur [10]); sed etiam, quod mirum est, verus auctor ignorabatur, et nonnunquam, certe a Matthaeo Vindocinensi, carmen Ovidio adscribebatur [11]), ut ex loco, quem supra adscripsi satis clarum est. Certum est igitur seculo duodecimo iam auctorem carminis, quod incipit verbis: Graecorum studia, incognitum fuisse. Alterum ab Osanno propositum argumentum minus firmum est. Invenit enim vir doctissimus in bibliotheca Darmstadiensi operis Jeremiae cuiusdam codicem [12]), quo inter auctores ad componendum illud opus adhibitos, qui secundum temporis ordinem nominati esse dicuntur, etiam nominantur: *Johannes Sarisberiensis; auctor libelli, qui dicitur facetus; auctor libelli, qui incipit Graecorum studia; auctor rudium doctrinae; Baldo; Hugo de Sancto Victore.* In quo indice quum auctor Getae i. e. libelli, qui incipit: *Graecorum studia*, post Johannem, sed ante Baldonem et Hugonem de Sancto Victore ponatur, Osannus putat, eum a Jeremia fere duodecimo seculo adscribi; quod iudicans mihi errasse videtur Osannus, cum Jeremias potius casu quodam illud carmen eo loco in indice suo nominet. Nam veri quidem simile non est, Jeremiam illius

[10]) Ex hoc quoque opere a Matthaeo Vindoc. in aequivorum libro versus afferuntur Osanno testante. Carmen Alexandreis tam clarum erat, ut etiam in scholis legeretur, qua de causa non raro codices cum glossis inter lineas et in margine positis inveniuntur, ut codex Bernensis 342. Nonnulla proverbia Latina, quae etiam nunc sapientium per ora volitant, sumta sunt ex illo carmine, inter quae numerandum est proverbium: *Incidit in Scyllam, qui vult vitare Charybdim*; nam in quinto Alexandreidos libro haec leguntur: *Incidis in Scyllam cupiens vitare Charybdim.*

[11]) De hac re alii aliter iudicent, ut Osannus p. IX. Mihi vero carmen eam ob causam ad Ovidium relatum esse videtur, quod revera aliquid Ovidiani spirat, ut nonnulla alia seculi XI et XII carmina. Nam illis seculis multi ad legenda Ovidii carmina incumbebant, ea imitando exprimebant, et studium Ovidii ita vigebat, ut permulti codices Ovidii seculo XI et XII scripti esse perhibeantur.

[12]) Hoc Jeremiae opus anno 1505 Venetiis editum hunc habet titulum: *Epytoma sapientiae s. Compendium etcet. compositum per Hieremiam.* In codice Darmstadiensi manu scripto anno 1410, testante Osanno, opus hoc modo inscriptum est: *Compendium moralium notabilium compositum per Jeremiam iudicem de Montagnone civem Paduanum.* Index auctorum, quibus Jeremias in opere suo componendo usus est, his verbis est conscriptus: *Nomina auctorum vel librorum, ex quibus compilatum est hoc compendium secundum ordinem aetatum: Versificator fabularum Aesopi. Johannis Solobriensis Anglicus. Auctor libelli, qui dicitur facetus. Auctor libelli, qui incipit: Graecorum studia. Auctor rudium doctrinae. Baldo versilogus. Hugo de sancto Victore religiologus. Bernhardus religiologus. Balterius de Castellione versilogus. Matheus Vindocinensis doctor grammat. Gaufredus Anglicus versilogus.*

carminis auctorem ignorasse, sed quo tempore carmen compositum sit scivisse; coniunxit potius, temporis ordine omisso in catalogo operum, quibus usus est, auctores trium librorum incognitos. Ex iis igitur, quae Osannus attulit, nonnisi hoc concludere licet, iam Matthaei Vindocinensis tempore i. e. seculo duodecimo exeunte carmen illud, quod verbis incipit: *Graecorum studia* valde cognitum fuisse; mihi vero hoc carmen X seculo adscribendum esse videtur, si recte codicis Bernensis 702 eam partem, quae hoc carmen continet, X seculo Sinnerus [13]) esse iudicat scriptam; at litterarum singularum ductus, qui in codice inveniuntur, quum magis similes sint iis, quos Mabillon [14]) ex seculi XI et XII codicibus proposuit, non decimi, sed alius fortasse XI vel XII seculi libris codex Bernensis adnumerandus esse videtur. Ex hoc igitur quoque codice nihil de tempore definiri potest, quando Vitalis Blesensis vixerit; videtur tamen praecessisse illos viros Gallicos, qui poematis Latinis gloriam adepti sunt, Serlonem, Parisiacensem dictum, Godofredum, canonicum St. Victoris, Lambertum, priorem St. Vedasti, Gualtherum Insulanum.

De Vitalis Blesensis vita nihil constat; nam neque alii de eo loquuntur, et ipse nonnisi uno loco de se mentionem iniicit [15]) his verbis:

Curtavi Plautum, Plautum haec iactura beavit;
Ut placeat Plautus, scripta Vitalis emunt.
Amphitryon nuper, nunc Aulularia tandem
Senserunt senio pressa Vitalis opem.

Ex his intelligitur, eum primum Amphitryonem, i. e. carmen, quod verbis: *Graecum studia* incipit edidisse, deinde Aulularium sive Querulum. Quum vero in plurimis, iisque antiquissimis, ut videtur, codicibus Vitalis nomen non adscriptum sit, veri est simillimum, Vitalem primum hoc carmen nomine suo non addito publicasse, deinde, quum laudem eruditorum illius seculi virorum carmen adeptum esset, eum nomen suum professum esse. Omnino in hoc carmine pangendo Plautum ita sequutus est, ut non magna cum cura eius vestigiis insisteret, multa mutaret et in Getae atque Byrrhiae moribus depingendis non sine ingenio inveniret [16]). In altero carmine scribendo non Plautum ante oculos habuit, sed

[13]) Catalogi bibliothecae Bernensis Tom. III. p. 563.

[14]) Mabillon de re diplomatica. Paris, 1709. pag. 367, 369, 371.

[15]) Vid. eius Querulum v. 25—28, in editione Osanni p. 34.

[16]) Osannus l. l. p. XVII. putat Vitalem in hac fabula scribenda aliam comoediam, quae Plauti nomen mentita esset, non ipsius Plauti Amphitryonem

Aulularium, sive Querulum incerti auctoris comoediam, primum a Petro Daniele, deinde ab Conrado Rittershusio et nuper a Klinkhammero editam [17]). Quam comoediam etsi Vincentii Bellovacensis tempore eruditi viri Plautinam habuerunt [18]), tamen statim a Daniele editam recte a Plauto abiudicarunt [19]).

---

adhibuisse. Hanc opinionem versibus fulciri putat, quibus Sedulius carmen paschale incipiat: *Quum sua gentiles studeant figmenta poetae Grandisonis pompare modis tragicoque boatu Ridiculove* GETA, *seu qualibet arte canendi, Saeva nefandorum renovent contagia rerum* etc., nam *Getae* nomine in his alludi ad comoediam a Geta appellatam iam Barthium in Advers. II. p. 51. credidisse. Sed quidni hoc loco ad Getae nomen alludi putemus, quod saepe in Latinorum fabulis, ut in Plauti Truculento, in Terentii Adelphis et Phormione invenitur? Persuadere mihi certe non possum ad comoediam huius generis necessarie Vitalem carmen suum scripsisse.

[17]) Pet. Daniel hanc comoediam edidit Parisiis 1564. In bibliotheca Bernensi quatuor eius editionis exemplaria in uno volumine coniuncta inveniuntur, omnia cum notis manuscriptis Bongarsii. Usus est hoc volumine J. C. Orellius. Vide eius epistolam criticam ad Madvigium. Secunda editio, cuius exemplar in bibliotheca Bern. est, hunc habet titulum: *Plauti Querolus sive Aulularia ad Camerarii codicem veterem denuo collata. Eadem a Vitale Blesensi elegiaco carmine reddita, et nunc primum publicata. Additae P. Danielis, C. Rittershusii, J. Gruteri notae. Ex typographeio H. Commelini. MDXCV.* Tertia editio inscribitur: *Querolus sive Aulularia, incerti auctoris fabula togata. Recensuit et illustravit S. C. Klinkhammer. Amstelodami, MDCCCXXIX.*

[18]) Vincentius Bellovac. in speculo historicali lib. VI. c. 55: «*De omnibus autem*, inquit, *Plauti comoediis ex illa sola, quae dicitur aulularia, paucas morales et breves sententias excerptas hic inserui. Plautus poeta comicus in aulularia: Pecunia rerum ac solicitudinum causa est et caput. Sibimet esse sufficientem primum bonum est. Visne tibi honorem deferri, inter miseros vivito. Si pro meritis reddendum nobis non putamus, ipsi nosmet fallimus. Quidnam, o stulte, mirum est, si te qui novit despicit, qui non novit diligit. In amicitiam et fidem stultum ne receperis. Insipientium atque improborum facilius sustinetur odium, quam collegium* etc. Quas sententias in Plauti Aulularia frusta quaeres; desumtae enim sunt ex illa comoedia incerti auctoris et leguntur in Klinkhammeri editione p. 4, lin. 1. p. 16. p. 36, lin. 14. p. 38, lin. 6. et 8. etc.

[19]) Peter Daniel in dissertatione de auctore comoediae eam a Plauto abiudicat, idemque fecerunt plurimi professores Parisienses illius temporis, ut Aemilius Perrottus in epistola ad Petrum Danielem scripta dicit. Asservatur ea cum sex aliis a C. et Aemilio Perrottis scriptis inter epistolas autographas a Bongarsio collectas, quae in magno volumine bibliothecae Bernensis no. 141. compositae sunt. Inscripta est haec epistola: *A Monsieur Maistre Pierre Daniel demeurant au logis de Mr. Brisson advocat en parlement derriere l'hostel de Reims à Paris.* Ipsa vero epistola, in collectione ducentesima quinta, his verbis est conscripta: «*Aemilius Perrottus Petro Danieli suo singulari amico. Mirum in modum affecerunt me tuae literae, quibus tum*

Nomina utriusque comoediae, si hoc uti possumus vocabulo ad carmina significanda versibus elegiacis scripta et ridicule facta non per homines agentes et loquentes sub oculos subiicientia, sed narrantia [20]), nomina igitur valde dubia sunt.

---

de tua in me singulari benevolentia et optima valetudine, tum etiam de tuis rebus certior sum factus; audio enim te iam togatum in foro versari. De nostra necessitudine non diffidebam, quamvis litteris non fuisset renovata, veruntamen aliquantulum dubitabam, ne negotia, quibus te abhinc duobus annis distractum scio, a nostrae coniunctionis memoria avocassent, quod iam mihi minime fit dubium, praesertim cum ipsemet (licet ad dissolvendum amicitiae vinculum negligentia mea sollicitatus et quodammodo invitatus) non recuses: tempus et bonam horam scribendo insumere, quae tibi gravioribus aliis rebus impedito tantum de somno quotidiano minuis (?); cui minus per te olim stetisse obiiciatur, ne feliciter iuncta gratia coalesceret. Sed quid longius in his moror? loquacitas in amore non est necessaria. Redeo ad epistolam tuam, in qua meum te Querolo iudicium requiris, quod qua ratione facias vide quaeso. Si lippus de pictis tabulis, si surdus de cytharae sonorae cantu sententiam ferret suam, nonne ab omnibus exploderetur? Rideret eum si viveret in terris Democritus, praebentem spectatoribus mimo plura spectacula; ego vero, qui non modo tuis in rebus coecus aut surdus sum, verum etiam iudicio penitus destitutus, nonne merito irriderer ab omnibus? Non mihi iure illud poëtae tribueretur: tractant fabrilia fabri, dum cuique munus adtribuit? Verumtamen ne tuae expostulationi desim, non ex mea sed eruditissimorum huius academiae professorum sententia respondeo. Comoediam tuam non quidem Plautinam videri, quod et tu non infitiaris, non tamen ideo reiiciendam, quippe quae et graviter multa dicta et leporem quendam in sese contineat. De loquendi more non iidem sunt omnium calculi; illud tamen habeto ex omnium iudicio. Illam eorum qui operibus (?) nuper notulas libris veterum insperserunt et lepidiorem et ornatiorem iudicari. Haec est eorum sententia, cui subscribam facile. At vero ut de meis rebus ad extremum nonnihil referam, sic habeto, me in Graecorum et Latinorum scriptis versari, dum tu forensibus negotiis distractus ac pene dilaceratus vix horam in dies quieti tibi assumis. Habemus professores eruditissimos, libros optimos et impressos et manuscriptos, quamquam horum carior annona. Ceterum ne gratis Comoediam et versus Adriani Turnebi acciperem, mitte ad te librum Henrici Stephani de confirmitate linguae Graecae cum Gallica, in quo multa lepide dicta reperies. De meis rebus alias plenius et latius, cum tibi opportunum sensero. Vale quaeso. Fratrem tuum F. et Beraldum et alios nostros meo nomine saluta.» — Magna harum epistolarum ab doctissimis illius temporis hominibus scriptarum pars ad rem litterariam spectat, et alio tempore eas publicabo, quae maxime dignae sint, ut typis exscribantur.

[20]) Frustra in Du Cangii Glossario hanc comoediae voc. significationem, qua est ridicula narratio, in qua colloquentes inveniuntur, quaesivi. Eam tamen fortasse iam inde a sexto vel septimo seculo p. Chr. n. receptam fuisse concludere licet ex consimili vocis tragoediae significatione. Nam hoc nomen ad gravem narrationem, cui colloquentium sermones intermixti sunt, significandam adhibetur. In codice Bernensi 25 membran. seculi IX legitur carmen omnem Agamemnonis

Alterum carmen inscripsit Osannus *Aulalariam*, ut putat ipsius Vitalis verba sequutus, in prima vero editione nomen Queruli fert [21]). Alterum carmen a primo editore Ang. Maio nominatur *de Amphitryone et Alcmena carmen*, ab Osanno *Amphitryon*, quod nomen paucorum codicum auctoritate fulcitur. Ego quidem multis codicibus nixus carmini nomen *Getae* inscribendum eique vocabulum *comoediae* addendum esse putavi [22]). Nomen auctoris, Orellio et Osanno praeeuntibus, addidi, quum

---

familiae historiam versibus heroicis narrans, quod inscribitur *Orestis tragoedia*. Alio loco iam nonnullos versus ex nostro codice, qui vitiis scatet, publicavi, nunc aliquos versus, qui minus vitiose scripti sunt, apponere volo. Narrat poeta Clytemnaestrae interitum his verbis: *Concidit et tunicam manibus tendebat ad imos Usque pedes, metuens, ne mortua nuda iaceret; Moesta verecundo volvebat lumina visu, Vix semel infelix extrema in morte pudica, Quod non ante fuit, metuens in funere famam. Candida puniceo rutilantur membra cruore. Verbere corporeo pressas quatiebat arenas, Tandem iussa mori vitam cum sanguine fudit. Tum repetunt pariter regalia limina tori. Sic duo terribilis fulva cervice leones Caede iuvencarum satiari lustra reposcunt. Regia sanguineos susceperat aula sodales, Conveniunt Danai, regis sub honore salutant. Pars dolet Atridens* (Atridem?) *et pars dolet altera mater* (matrem?); *Nemo tamen facinus verbis culpabat apertis, Nec fuerat quisquam, qui non damnaret Egistum.* (Sic semper hoc nomen scriptum.) *Transierat funesta dies, sol merserat undis Oceano stridente rotas, redeunte sororem Roscida somnigerum revocabat palla soporem (?). Tempus adhuc medium voluerant* (volvebant?) *sidera noctis; Nuntius Hermione venit de virgine rapta.»* — Totum carmen 973 versibus absolvitur. — Nomen comoediae et tragoediae apud Latinos non maiorem perpessum est significationis mutationem, quam Graecorum voc. *τραγῳδία*, si recentiorum Graecorum respicere volumus voc. *τραγῴδια* et *κλεφτικὰ τραγοῦδια.*

[21]) In prima editione inscriptum est carmen: *Vitalis Gallicus Blesensis de Querulo.* Subscriptum vero carmini est: *Vitalis Gallici Blesensis Aulularia explicit feliciter.* Nomen Aulularium carmini ab auctore inscriptum esse quodammoda confirmatur v. 23, 24. *Haec mea vel Plauti comoedia nomen ab ollo Traxit; sed Plauti quae fuit, illa mea est.*

[22]) Inscribitur carmen in Bernensi codice 701, *comoedia Amphitrionis*, in Parisiensi 8207, *Amphitrieidos liber:* in Parisiensi 8498 titulum habere dicitur: *Amphitryon comoedia.* — *Getae* nomen fert carmen in *aequivocis* Matthaei Vindocinensis, l. supra l. vid. pagin. 5; hunc eundem titulum habet, vel additis vel omissis aliis verbis, in codice Bernensi 550, Paris. 3430, 8509, in codice CCLXXVII bibliothecae Palatinae Vindobonensis, Monacensi g, 10. in Neapolitano IV. F. 12. Utrumque et *Getae* et *Amphitryonis* nomen in iis codicibus gerit, in quibus, ut in Mediceo Plut. 33. cod. 31. num. 45 et in Gissensi no. LXVII hi versus subscripti leguntur: *Explicit hic Geta deceptus ab Arcade summo; Vitalis Blesis explicit Amphitryon.* — *Comoedia* carmen vocatur in Bern. 702, in Paris. 8498, 8509 A. et auctor ipse carmen Aulularium nominat comoediam versu 23. vid. supra adnotationem 21 sub fin.

non solum Vitalis ipse in Aululariae v. 27. hoc carmen suum nominet, sed etiam in nonnullis codicibus auctoris nomen adscriptum sit [23]). Falso nonnunquam Plauto vel Ovidio carmen attribuitur, et Endlicher non recte Matthaeum Vindocinensem carmen hoc pepigisse opinatur [24]).

In carmine recensendo decem usus sum codicibus:

Bernensi 702 (B) membranaceo seculi XI vel XII, in octava minore foliorum forma scripto. Optimus est omnium, quem fere ubique sequutus sum; nonnunquam tamen gravioribus causis inductus hoc non feci.

Bernensi 539 (b) in charta a manu seculi XV scripto. In margine et inter lineas nonnullae adscriptae sunt glossae.

Bernensi 559 (𝔟) in charta a manu, ut videtur, seculi XVI scripto; nonnisi priores 92 versus nitidissime scriptos continet.

---

[23]) Nomen auctoris adscriptum est in codice Neapolitano IV, F, 12. A; manu enim eiusdem seculi, quo codex ipse scriptus est ad versum 18. adnotatur: *Libri titulus talis est. Incipit comoedia Vitalis Blesis.* Vide *Catalog. bibliothecae Latinae veteris et class. manuscript., quae in regio Neapolitano Museo Borbonico adservatur, descriptus a Cataldo Jannellio. Neapoli*, 1827. p. 181. Osann. l. l. p. X. Etiam in disticho, quod in nonnullis codicibus subscriptum est, auctor nominatur Vitalis Blesensis. Vide adnot. 22.

[24]) Plauto carmen adscribitur in codice Matritensi M. 110. quem C. A. L. Federus inspexit. Fol. 82, a. haec leguntur: *Luditur Amphitrion et tota sua domus. Explicit comedia Plauti.* Vide Osann. l. l. Ad Ovidium refertur carmen a Matthaeo Vindocinensi in *aequivocorum* opere. Vide supra pagin. 5. Matthaeo Vindoc. adscribitur ab Endlichero in *Catalogo codicum philolog. latinorum bibliothecae Palatinae Vindobonensis.* Vindobon. 1836. p. 162. Sed etiamsi non respiceremus, quod Matthaeus huius carminis mentionem iniicit; tamen concludere possemus, eum auctorem carminis non esse. Etsi enim tres comoedias Milonem, militem gloriosum et Aldam versibus elegiacis scripserit, tamen magis ad sacram versus est historiam, eamque versibus narrat, qui arte absurda et insulsa mediae illius aetatis compositi sunt; duo contra carmina, quae Vitalis Blesensis nomen prae se ferunt, ad Ovidii exemplum composita sunt, nihilque Christiani in iis invenitur. Nunquam usus est Vitalis ea arte inepta, qua Matthaeus in historia Tobiae describenda delectatur. In fine primi capitis illius libri Matthaeus dicit: *Odit, amat, reprobat, probat, execratur, adorat Crimina, iura, nefas, fas, simulacra, deum; Fas, simulacra, deum probat, execratur, adorat; Odit, amat, reprobat, crimina, iura, nefas. Seminat, auget, alit, exterminat, arguit, arcet; Dogmata, iura, decus seminat, auget, alit.* Novissimi secundi capitis versus hi sunt: *Patrat amore patris superi, quod dictat honestas Legis, se domino sacrat, agenda replet; Replet agenda, sacrat domino se, legis honestas, Quae dictat superi patris amore patrat.* Alia eiusdem generis per totum carmen dispersa sunt; in Vitalis carminibus nihil simile invenitur.

Monacensi 212 (M), membranaceo in octava minore foliorum forma scripto. Continet praeterea alia poëtica [25]).

Monacensi altero (m) seculi XII, Ratisbon. ex St. Emmer. g, 10. Continet Virgilii, Horatii, Ovidii carmina, expositionem in Ovidii metamorphoseon libros, alia, inter quae hoc quoque carmen.

Ex his quinque codicibus ipse varietatem scripturae enotavi.

Parisiensi 8207 (P) membranaceo, seculi XIII et XIV; varia scripta poëtica continet, inter quae octavum est carmen nostrum cum glossis et scholiis. Desunt versus 69 inde a v. 463.

Parisiensi 8430 (p) membranaceo seculi XIV, qui varia poëtica continet. Inscriptio est: *Geta*. Subscripta sunt carmini verba: *Explicit hic Geta liber ridiculosus. Finito libro sit laus et gloria Christo.*

Beyerle, vir doctissimus, hos duos codd. in meum usum inspexit et varietatem scripturae enotavit. In bibliotheca Parisiensi praeterea tres codices asservantur: 8413 chartaceus, seculi XV; 8498 membranaceus, olim Colbert. seculi XV, et 8509, A. membran. olim Mazar. seculi XIV.

Deinde varietate scripturae usus sum

Vaticani codicis (V.) seculi XIV membran. Continet codex, quem in suum usum adhibuit Ang. Maius, etiam Theoduli eclogam et Prudentii Psychomachiam. De altero codice, qui in bibliotheca Vaticana est, Maius nihil refert.

Darmstadiensium (D. et F.), membranaceorum seculi XIV vel XV, quorum alter (D) praestantior esse dicitur; in altero (F.) nonnisi 415 versus adsunt.

Osannus varietatem scripturae in editione sua carminis proposuit integram.

Multi huius carminis codices in aliis bibliothecis inveniuntur; nam Adrianus [26]) mentionem facit codicis *Gissensis* LXVII; Endlicherus codicis *Vindobonensis* membranacei, seculi XIV [27]); Jannellius codicis *Neapolitani*, membranacei, seculi XIV

---

[25]) Legitur in hoc codice, ut et in Gissensi, carmen de bello Troiano, alias Pindaro Thebano adscriptum, his verbis incipiens: *Iram pande mihi Pelidae diva superbi, Tristia quae miseris iniecit funera Graecis.* In foliis 36—51 legitur carmen inscriptum: *liber de natura Gemmarum.*

[26]) In catalogo codicum manuscr. academiae Gissensis pag. 21. In folio 97—109 huius cod. Geta carmen legitur, cui titulus a manu recentiore adscriptus est: *Vitalis Blessis vel Blesensis Geta.* Subscriptionem vide supra adnot. 22. Osannum Gissensem hic Gissensis codex latuit.

[27]) Vide Endlicheri catalogum supra adnot. 24. In eodem codice Comoedia Matthaei Vindocinensis de Milone et de glorioso milite invenitur.

(sign. IV, F, 12.), in quo post Ovidium hoc carmen legitur cum subscriptione: *Explicit Geta de muliere mala* [28]); Bandinius *Medicei* membranac. sec. XIV (Plut. 33, cad. 31. num. 45.), in quo in disticho subiecto Vitalis auctor nominatur [29]). Duos Britanicos, unum *Oxoniensem*, alterum *Cottonianum*, ut et *Matritensem* M, 110. chartaceum seculi XIV Osannus nominat [30]).

---

[28]) Vide Jannellium loco supra laud. in adnot. 23.

[29]) Vide adnot. 22.

[30]) Vide Osann. l. l. XII. qui notitiam horum codicum ex Thomae Wartoni historia Britticae poeseos, Anglice scripta, (London. 1824. T. II. p. 65. 66.) hausit et conferri iubet Catalog. Mss. Angliae et Hiberniae T. I. p. 55. no. 3041.

VITALIS BLESENSIS COMOEDIA GETA.

ARGUMENTUM.

Graecorum studia multumque diuque sequutus
Amphitryon aberat et sibi Geta comes.
Intrat ad Alcmenam ficto Saturnius ore,
Cui comes Arcas erat; credidit esse virum.
Ceta redit tandem praemissus ab Amphitryone;
Arcadis ille dolis se putat esse nihil,

Integra varietas codd. B b ɓ M m P p, selecta codicum V D F. — *Argumentum* V. in rell. deest hoc vocab. — 1, *multumque* B P p. *nimiumque* reliq. omnes. — 2, *Amphitrion* B b P M D. *Amphytrion* m ɓ p, in quo altera scriptura *Amphitryon* nonnunquam invenitur. Vocabulum *Geta* invenitur secundum Osannum ut h. l. producta priore syllaba in numo Aegyptio, ubi *ΓΗΤΑΣ* scriptum est. vid. Zoëga Num. Aeg. p. 258. — 3, *Ardet in* V. *intrat in* P. D. *almenam* B b. ubique. *algmenam* p. in quo nonnunquam *alcmenam* quoque scribitur. *alchmenam* m. *alcumenam* ɓ. ubique. *alcmena* M. *Saturnus ab ore* F. — 4, *Archas* in omn. codd. meis. *esse cyr* M. — 5, *commissus* m. — 6, *Archassit ille* B. *se dolet* M. suprascr:

Se nihil esse dolet et ab Arcade lusus abibat;
Visa refert domino; vir dolet, arma parant.
Laetus abit socio pater Arcade, quaeritur illis.
Moechus abest, gaudent; lis cadit, ira tepet.

PROLOGUS.

Carmina composuit voluitque placere poeta:
Fallitur hoc studio; carmina nulla placent.
Fabula nulla placet; quaeruntur seria cuncta,
Quemlibet immodicus obligat aeris amor.
Vincit amor census, et numis carmina cedunt;
Multa licet sapias, re sine nullus eris.
Utilius tacuisse foret, quam fingere versus;
Scriptor enim pretio scriptaque laude carent.
Si quem scripta iuvant, istis tamen invidet ille
Et laudans veteres nescit amare novos.
Quem iuvat iste labor, soli sibi scriptitet ille
Et sibi pulcher eat et sua solus amet.

---

putat. — 7, *se nichil esse dolet* B ƀ D F. *se dolet esse nichil* reliqui. Fere semper in omnibus codd. *nichil* scribitur. *et archade* m. suprascr: *ab.* — *ludus* B. *abivit* m. — 8, *mox dolet* m. suprascr: *vir.* — *parant* P. *parat* in reliquis etiam in B, in quo nonnunquam *at* et *et*, linea litteris *a* et *e* non inducta, scribitur pro *ant*, *ent*; simili modo *as*, *es* pro *ans*, *ens* scriptum. vid. vers. 118. — 9, In fine versus punctum posui, ut in B. *ille* F. — 10, Eodem modo, quo scripsi, verba coniuncta in B ƀ M m. *gaudet* B ƀ D.

11, *Expliciunt capitulae. incipit prologus* B. *prologus secundus* Codex Mediceus. voc: *prologus* huic parti Maius praefixit. *voluit placere* B. *poete* M. *poetis* m. suprascr: *poeta.* — 12, *hic studio* B p. — 13, *carmina nulla* P V F *placent* P M V F. *cuncta* B. *cunctis* rell. — 14, *obligat* B. *alligat* reliq. — 15, *cedunt carmina numis* m. — 16, Deest in D. *capias* b. suprascr: *sapias. nullus* in omnibus, in b. suprascr: *vel silis.* — 17. 18. 19. 20. 21. versus hoc ordine in B. leguntur, in reliquis hoc modo: 16. 19. 20. 17. 18. 21. — 17, *iacuisse* B. *tacuisse* reliqu. — *fingere* B. *scribere* reliqu. — 18, *Et scriptorum pretio* M. — 19, *iuvent* P. *scriptis tamen* b V. *illi tamer* m. *alter* m. *ipse* p. *illis* M. — 20, *honore novos* m. — 21, *ille labor* m. *solus sibi* m. *sibi soli* b M. *soli sibi* rel. *dictitet* B. *scriptitet sibi* m. — 22, *Et sibi profuerit* M. *pulcher eat* B V P p. *erit* reliqu.

COMOEDIA GETA.

Ardet in Alcmenam Saturnius atque beatum
Amphitryona probans se dolet esse Jovem.
Et, quid, ait, superum coetus Jove patre superbit?
Jam superum pater est Amphitryone minor.
Exierat patri caducifer; obvius ibat,
Nuntius optato, Juppiter inquit, ades.
Uror in Alcmenam, nec eam tamen uro, sed uror.
Tempore sponsus abest, utor et ipse loco.
Juppiter Alcmenae studeat thalamo, vir Athenis
Philosophetur; amet Juppiter, ille legat.
Disputet Amphitryon et fallat Juppiter; artes
Hic colat, Alcmenam Juppiter ipse suam.
Jam parat hic reditus, ergo, precor, indue Getam,
Induet ipse tuus Amphitryona pater.
Sustinuere dii mortales sumere vultus:
Fit pater Amphitryon, Getaque natus erat.
Nuntiat Alcmenae variis rumoribus acta
Fama viri reditum, famaque iuvit eam.
Ad reditum domini domus exultare iubetur,
Atria vestit ebur, purpura lata toros.
Arridet thalamus positoque refulgurat auro,
Absenti assurgunt Amphitryonis opes.

23, *Comedia Amphitrionis* B. In reliquis deest inscriptio. — 25, *superum cetus* B. *cetus superum* reliq. — 26, *Nam superum* ƀ M D. *Jam superum* reliqu. — 27, *Exigerat patri* M. *exieratque pater* D. *exierat patri* reliqu. — 28, *obtato* B. *optatus* ƀ. *optato* rell. *inquid* B m. fere ubique. *inquit ovans* M. a sec. manu suprasc: *ades. adest* B. *uror sed* B. — 30, *tempere* M m. *uror ipse loco* B. *uror et ipse* F. *utor* P. *utar* reliqui. *ipse suo* M. a manu sec. suprascr. *loco.* — 31, *studeat thalamo* B ƀ P D. *thalamo studeat* b p M F. *thalamis vir athene* m. — 32, *philosophetur in hoc* M. sed *in hoc* linea deletum et scriptum: *amet.* — 33, *fallat* omnes, in M tamen *i* suprascr. i. e. *fallit.* — 34, *colit* b. *ille suam* p. — 35, *redditus* b. — 37, *dei* P p M F. *voltus* m D F. *formas* V. — 38, *Jupiter amphitrion* b. — 39, *actam* ƀ. *apta* V. — 40, *reditus* m. *rudditum* b. *iuvat* b V F. — 42, *clara thoros* m. *lecta thoros* P. in omnibus meis codd. *thoros* scriptum est. — 43, *refulserat* ƀ M. *refulgurat* reliq. — 44, *absenti assurgunt amphitrionis* B m P p D. *absenti* a voc. *assurgunt*, *Amphitryonis*

Gaudia testatur dominae nitor atque superba
  Significat domui veste redire virum.
Arte iacent crines, auro quoque dextra superbit,
  Pingit et haec vultus, vivat ut arte decor.
Sic alias vincit, sic a se vincitur ipsa;
  Fit nova plusque decens, plus placet ergo Jovi.
Nunc age, nate, veni, clamat Saturnius, ecce
  Quanta sit Alcmena, quam bona quamque decens!
Quam melior Junone mea! mea sidera vincit,
  Praeradiat stellis obtenebratque diem.
Sic placet illa mihi, sic exeat obvia nobis
  Inque suo subeat Amphitryone Jovem.

Deseritur coelum; vernali mitis odore
  Respiravit humus, senserat esse deos.
Gaudet et Alcmena, vir adest suus; ecce recurrens
  Ingeminat famam, iurat adesse rates.
Ecce redit meus Amphitryon, cito Byrrhia, surge!
  Dixerat Alcmena, clamat, at ille tacet.
Byrrhia sic secum: Clamet licet illa, taceto,
  Haec vigilet, dormi; cursitet illa, iace.

a voce *opes* regitur. *absentis* b 𝔟 M F. — 46, *domui* B P p M. in m. suprascr. *a (domina?)*. *dominum* b 𝔟 D. *redire suum* b. (suprascr. *sc. amphitrionem*). *redire domus* 𝔟. — 48, *pingitur et vultus* m. *pingit et y cultus* M. *vultum* P. *vivit* m. *vivet* p. *color* m. — 49, *alias* m. cum gl. *multas*. — *vincitur illa* b M m. — 50, *fitque decens* b 𝔟 P p M. *plusque placens* m. *plusque decens* B. *ipsa iovi* M. *iove* P. — 51, *Huc age* 𝔟 p D. *Nunc* rell. *aget* M. *venit* B. — 52, *Quam sit alcumena* 𝔟. *nova quamque placens* F. — 53, *melio* 𝔟. *vicit* B. — 56, *Jamque* B. *Proque* D. *Inque* rell. *videat* m. *iovis*. m. 57, *mittis* B. *veris odore* b. c. gl: *illius temporis*. — 58, *sentit* 𝔟 m p D. *sensit* b M p. *senserat* B. *esse* B. *adesse* reliqui. — 59, *gaudet et al.* m p. *gaudeat al.* reliq. — 60, *Famam* B b. *fama* reliqu. *adesse virum* F. *rates* reliq. in M. *rates* a man. sec. deletum et scriptum *deos*. — 61, *redit meus* B. *meus venit* b. *meus redit* reliqui. *cito b.* B M m P p V. *mi b.* D b 𝔟. *buria* B. *birria* b 𝔟 M P. *birea* m. *birrea* p D. omnes in scriptura sua fere constantes. — 62, *dixerat. alcmena clamat* m P. — 63, *clamat* b. *clamitet licet* m. *clamet licet* reliq. *sileto* b V. — 64, *vigilat* M. *cursitat illa tace* M. *clamitat ille*

Hos habeat ludus, labor hos, te, Byrrhia, somnus;
  Quicquid agant alii, sit labor iste tuus.
Sic iterum Alcmena: Propera, mi Byrrhia, surge.
  Nil valuere preces, addidit ergo minas.
Paruit ille minis. Cui sic hera: Litus adito,
  Vela nota, naves prospice, visa refer.
Verane sit — sed vera utinam, nec falsa sit, oro,
  Fama redire probans Amphitryona meum.
Sic hera. Sic servus: Ha Byrrhia! quanta iuberis!
  Audaces etiam territat unda maris.
Litore dum stabo, refugis ne fluctibus unda
  Me ferat in praeceps, ipse cavebo mihi.
Byrrhia, tunc ires nulli plorandus in aequor.
  Quid tunc Amphitryon? Byrrhia nullus erat.
Vae pedibus laterique meo! gravis est via, longum
  Est iter ad naves, irrediturus eo.
Seu iaceam, seu non, Alcmena audito, redibit
  Amphitryon noster, si rediturus erit.
Congeminans irata minas haec imperat. Ibo,
  Inquit hic, ut redeam, quaeso, precare deos.

---

tacet 𝔟. — 65, *somnus* m. *sopnus* B. *sompnus* reliqui, constantes in hac scriptura. — 66, *ille tuus* b m p D. *iste tuus* reliqu. — 67, *vocat mi* m. *vocat tu* M. *propera mi* reliqui. — 69, *littus* b 𝔟. — 70, *vela notato naves* V. *nothos naves* B. *naves vella nota respice* 𝔟. *vera refer* b. — 71, Hic versus in F. post v. 73 scriptus est. *Vanane sit sed* P. *verane sint* B. *Vera sit an falsa utinam* F. *Verane sit sed vera* reliqui, *non falsa* M p. *sint* B. *precor* P. *oro* reliq. — 73, *sic era* m. *o birea* m. *ah b.* V. *ha b.* reliq. — 74, *Audacet* B. *terrust* m. — 75, *profugis* D F. *refugis* reliq. sed in 𝔟. prius scriptum erat: *profugis*, in m. ab ead. manu adscriptum: *vereor ne — in fluctibus* P. *ne flatibus* M. *ne fluctibus* reliqui. — 78, *stultus eras* m. — 79, *Ve* B b V. *longa* M. — 80, *irrediturus* m P D. *inrediturus B. non rediturus* reliqui. In m post v. *eo* legitur *abeam*. — 81, Hunc et sequentem versum in margine adscriptos habet m. *seu iaceam* B. *seu vadam* D F. *seu redeam* reliqui. *audita al.* M. *audito al.* b. F. *alcmena audito* reliq. — 82, *sed rediturus* M. *redditurus* b. — 83, *Tunc geminans* p. *Cum geminans* V. *congeminans* B b. *ingeminat* 𝔟 D. *ingeminans* reliqui. *iterum minas* 𝔟 D. *hec imperat* B. *eat imperat* reliq. — 84, *Inquid hic ut* B. mediae voci *f* litera suprascripta est. *inquit ut* p. *inquit et ut* 𝔟 P m. *inquit at ut* b V M.

Hic abit, haec orat. Adsis, bone Juppiter, inquit,
Cui Getam simulans intulit Arcas: Adest.
Intrat hic in Getam, subit alter in Amphitryonem.
Salva sit Alcmena, Juppiter inquit ovans.
Amphitryon salvus, Alcmena subintulit, ergo!
Oscula multiplicant, dant iterantque data.
Temperat Alcmena, castigat et oscula blande
Et sua virgineo verba pudore domat.
Luxuriat deus, ore premens os lambit hiulco,
Et moechum sapiunt oscula, verba Jovem.
Dependet collo Jovis illa premitque beato
Pondere colla Jovis; sic amat ille premi.
Non equidem mage laeta Jovem complecterer ipsum,
Dixerat atque Jovem comparat illa Jovi.
Oscula confundunt, iam Juppiter acrius ardet.
Claude fores Geta, dixit, et obde seram.
Nautae si veniant, hominum genus acre, repellas;
Nemo fores subeat, ianua limen amet.
Nos habeat thalamus secretior. Annuit Arcas.
Hos recipit thalamus; obserat ille fores.
[Ipsa loci facies invitat ad oscula quemque;
Iam mora nulla placet, iungit utrumque torus.]

85, *Hic habit* B. *adsis* B M. *assis* reliq. *pie iup.* M. *inquid* B. — 86, *geta cimulans* M. — 87, *induit hic getam* D. — 89, Hic et septemdecim versus, qui sequuntur, in V. desunt. *Amphitrion saluus* B. *saluus et amphitryon* reliq. *subincidit* D. *subintulit* reliq. *esto* p. *ergo* reliq. — 93, *plus vexat deus* M. *luxuriat deus* reliq. *yulto* M. *iulco* m. *alto* b. c. glossa: *Actus ipsius iovis erat luxurians, non et actus almenae, et premebat iupiter os almenae ore alto, hoc est ore suo ab alto distento (?).* — 94, *oscula blanda iovem* P p. — 95, *Impendet* D V. *dependet* reliq. *colla dei* M m P. *amat illa* B. — 97, *non ipromi tamen* b. syllabae *pro* per compendium scriptae linea imposita est. *geta iovem* B. *ieta iove* b. *complectitur ipsum* m. *complecterer ipsum* rel. — 98, *atque iovi* b. *ipsa iovi* b P. *illa iovi* reliq. — 99, *oscula multiplicant* P. *nam iopiter acriter* M. — 100, *feres gesta* M. *obde* B M. *adde* reliq. — 101, si *naute* p. *atque repellas* m. super priorem vocem *acre* suprascriptum est. *arte repellas* D. — 102, *subeant* M. *fores intret* P. — 103, *heat talamus* b. *securior* m D F. — 105 et 106 in B desunt. — 106, *utronq;* M. litteris *ron* linea imposita est.

Byrrhia carpit iter lento pede, claudus, iniquas
Atque graves queritur asperitate vias.
Imputat ille viae, quod sit piger. Heu mihi, dixit,
Auferet ecce meos haec via longa pedes.
Ad mala natus ego, crucior, quum cuncta quiescunt.
Vae tibi femineo quisquis adacte iugo!
Femina vult sudare suos didicitque iubere;
Poena tenet famulos, innovat illa cutem.
Moechus ut introeat, mentitur adesse maritum;
Ne videas moechos, Byrrhia, pulsus abi!
An redeam? quaeram, quid agat? deprensa timebit,
Supprimet illa timens verbera, verba, minas.
Sic ait atque redit, dubitat, deliberat, haeret.
Sic iterum secum: Non sapienter ago.
Crimina dant animos, odium deprensa fovebit;
Byrrhia quicquid agat, semper iniquus erit.
Credulus uxori vir erit; mala femina ficto
Crimine damnabit; sic cruce visa luam.
Propositum repetatur opus, labor instat, eundum
Est mihi; secretam, Byrrhia, perge viam.
Hac iter, hac ito, ne Geta sit obvius ille,
Qui mea letifero pondere colla premat.
Geta, precor, pereat, homo natus pondera ferre;
Pondera portet equus, Byrrhia vivat homo.

107, *capit iter* B. *inique* M. *iniquus* B. — 109, *ipse vie* p. *ei mihi* B. *hei mihi* M. *o mihi* m. sed *heu* a manu secunda in margine scriptum. — 110, *aufferet* b. *auferat ista meos en via* F. *via longua* B. *via dura* M b V. — 111, *sum natus cruc.* P. *cum* B M V. *dum* reliq. — 112, *abacte* b. cum glossa *deducte. iugo es* M. — 113, *volt* m p. *sudere* m. *suadere* V. — 114, *pena* B b in hac scriptura constantes. *famulus* b. *et novat* F. *ipsa.* — 115, *mechus* B b; hic et ubique in B b. et reliquis *mechus* et *mecus* scripitur constanter. — 116, *mechos* B b M P. *mechum* reliqui. *abi* B. *abis* reliqui. — 117, *An* B. *iam* reliq. *redeo* m. *iam et redeam* P. *deprehensa* M. — 118, *times* B. — 119, *redit secum deliberat* b. *deliberet* m. — 121, *deprehensa* M. *timebit* B. *fovebit* reliq. — 122, *quicquic aget* M. *agas* D. *agat* reliq. *eris* p D. — 123, *picto vel ficto* b. — 124, *dampnabit* B b. *damnabit* M. *dampnabor* reliq. *luar* F. — 125, *repetatur iter* P p V. *eundi* b. — 126, *Heu mihi* b. *et mihi secretum* m. *perge* B b M. *carpe* reliq. — 127, *Hoc iter* M m. *Hic iter* P. *hoc ito* M. — 128, *colla domet* b. — 130, *portat* F.

Intrarat portus ventis ereptus et undis
Amphitryon, laetus litora nota tenens.
Regnat castus amor in pectore coniugis illi.
Geta vocatus adest: I cito, dixit ei,
Tolle libros, praecurre domum, salvere iubeto
Alcmenam, reditu gaudeat illa meo.
Pars sic salva mei, salvetur ut altera, quaeso,
Pendet ab illius nostra salute salus.
Geta favet tollitque libros, praenuntius ibat.
Byrrhia carpit iter, Geta videtur ei.
Heu! Geta est, inquit. Perii! Quodcunque verebar
Accidit; heu quantum quam bene portat onus!
Pondere sub tanto sudaret maximus Atlas,
Hoc humeris nostris impositurus erit.
Ecce caverna subest, lateam, dum transeat ille;
Post iter aggrediar. Dixerat atque latet.
Praevidet hunc Geta, qui pulchre noverat illum;
Quo lateat, notat hic dissimulatque tamen.
Constitit ad caveam, furca subeunte bicorni
Dum sustentat onus, sic ait ipse sibi:
Vae scapulis humerisque meis! Vae pondere presso!
Colla fatigat onus, et via longa pedes.

131, *intravit* F. *intrabat* p. *intrarat* reliq. *cicitus et undis* b. — 132, *laetus* deest in p. *letus et sibi geta comes* B. — 133, *castus amor* B p. *amor castus* reliq. *plectore* m. *coniugis. illi* P. — 134, *et cito* M D F. *et cite* m. *i cito* reliq. *dicit* P. — 135, *salvare* p F. — 136, *Almena* b. c. glossa: *uxor mea*. — 137, *ut salva* P. *sic salva* B b. *est salva* reliq. *et altera* M m b. — 138, *ab aliis* m. — 139, *famet tollitq;* M. *tulit ergo* m. — 140, *capit iter* B. *vedetur ei* m. — 141, *heus* F. *hic.* M. *en* m. *heu* rel. — 142, *honus* fere omnes hic et ubique, ut infra v. 150. *adas* B. *atlas* m. *athlas* reliq. in b. c. gl: *gigas*. — 144, *hocque meis humeris* p. *umeris* V. *erat* V. — 145, *subest, dum transeat ille latebo* F. *transeat ipse* m. — 146, *congrediar* m. — 147, *Providet* D V. *previdet* reliq. *ho geta* m. in syllaba *ho* linea imposita est. — In B. vers. 147 et 148 in unum hoc modo sunt contracti: *Praevidet hunc geta dissimulatque tamen*. — *non male* D. *pigrum* F. *longe* p V. *phulchre* m. in reliquis *pulcre* et *pulchre*. — 148, *vocat hic* D. *dissimilatque* m F. *taceis* M. *locum* b. *tamen* reliq. — 149, *constitit* B b. *substitet* D. *substitit* reliqui. *sueunte* M, sed *subeunte* in margine. *bicornu* D. — 150, *ipse sibi* B b F. *ille sibi* reliq. — 151, *pedibusque*

Sed quid in occursum non currit Byrrhia Getae?
Penderet collo sarcina nostra suo. —
Fasce sub hac caderet! Ha Byrrhia! Byrrhia secum,
Profuerat multum sic latuisse tibi!
Continuat Geta: Vae, vae mihi! dixit, Athenis
Dicere longa mora est, quam mala quidve tuli!
Me frigus, me longa fames, sitis aspera, somni
Nocte breves, miseri perdomuere cibi.
Non primo vivebat herus, sed pane secundo;
Qui me pascebat vix quoque quartus erat.
Sed pretium poenae miranda sophismata porto,
Iamque probare scio, quod sit asellus homo.
Dum mihi me reddent patinae, focus, uncta popina,
Hos asinos, illos esse probabo boves.
Sum logicus, faciam quaevis animalia cunctos;
Byrrhia, nam nimis est lentus, asellus erit.
Byrrhia sic secum: Quid Byrrhia fiet asellus?
Quod natura dedit auferet iste mihi?

---

meis P. F. *pondere fesso* p. *pondere tanto* F. *pondere presso* reliq. — 153, *non curr.* B P. *non exit* reliq. — 154, *penderet collo* B M m P. in b. scribitur *in collo*, sed vocabulum *in* est in rasura positum. *pendeat in collo* D F V. *penderet ut collo* p. — 155, *sub hoc* b P D. *sub hac* reliqui, in M. in voc. *hac* posita est littera *o* i. e. *hac vel hoc* cf. Schneideri gramm. latin. II. p. 100. — 156, *multum nec* M. *latuisse mihi* M. *michi* b P. *tibi* reliq. — 157, *constuntat* B. *neve michi* b. *ve* D. *veve* reliq. — 158, *quaeque tuli* b F. *quotque* P. *quidue* B. *quodue* M. cuius vocabuli prior syllaba compendiarie ita scripta est, ut litterae *q* sit *d* impositum.. Rarius compendium. Vide Ciceronis orationem pro Milone edid. Freund p. VIII. *quotque* reliq. — 159, *somni* M. *sompni* reliqui fere omnes. Cf. varietatem v. 124. — 160, *perdomuere tibi* B D. *sibi* F. *cibi* reliq. — 162, *vix bene* b V. — 163, *en precium* p. *soffismata* M. *sophisti ta* m. (ante *ta* est rasura). — 164, *atque probare* b. *namque probare* p. *iamque probare* reliq. Ceterum hic non ad Socratem, secundum narrationem recentioris aevi in asinum mutatum, respicitur; (cf. Nicephori Chumni fragm. in Creuzeri com. Herodot. I. p. 336. ab Osanno laudatum) sed ad vv. 167. 168, quod contra Osanni adnotationem adnotandum esse puto. *asellus homo uncha* M. — 165, *reddunt* p. *reddant* P M D. *reddent* B b et, ut videtur, m. *patre focus* m. *patinae dum* V. *ungta* M. — 166, *alios esse* p. — 167, *loyicus* p. *loijcos* m. — 168, *nam nimis* B. *qui nimis* reliqui et Matthaeus Vindocin. loco supra p. 5. adscripto. *nimis lentus* b. sine voc. *est*. — *assellus* B. — 169, *quid* B b P p. in b.

Byrrhia sic Getae, quaecunque sophismata volvet,
Respondebit, erit Byrrhia semper homo.
G: Hoc etiam didici, quod res nequit ulla perire;
Quod semel est aliquid, hoc nihil esse nequit.
Cui semel esse datur nunquam non esse licebit,
Sed faciem mutat et novat esse suum.
Sic nequeo nihil esse. Sibi tunc Byrrhia: Geta
Vivet in aeternum, si modo vera refert.
G: Omnia mors tollit; doctum cecidisse Platonem
Atque ipsum Socratem occubuisse ferunt.
Fama mei vivet, sed et haec quoque morte peribit;
Omnia mors tollit, omnia morte cadunt.
B: Dissidet iste sibi; modo fine carere probabat
Omnia; cuncta modo fine perire dolet.
G: Ibo — sed heu! quid in hoc strepit et submurmurat antro?
En, lepus est, hercle, praeda decora viro!
Utar ego saxis, necenim mihi retia praesto,
Furcula pro rete, sint vice saxa cąnum.

---

adscripta est glossa: *quare fiet?* — *qui* VDFMm. *fiet* BbPpVF. *fiat* reliq. *asellus* B. — 171, *sic. geta* Mm. *sic ex te* B. *problemata solvat* mP. *soluis* b. *solvet* DV. *ponit* p. *poetet* M. *voluat* B. — 172, *respondebis* bP. *respondebit* reliq. — 173, Ut Maius et Osannus fecerunt, praefixi versibus G et B, ut colloquentium verba distinguerem. In meis codicibus nullum huius distinctionis signum, praeterquam in M., in quo versibus 179. et 185. hoc signum § appictum est. — *hoc esse didici* b. *didicit* P. — 174, Hic versus et 176 in V. sunt transpositi. *hoc nichil* B. *ut nichil* m. *non nichil* reliqui. *esse nequid* Bm. *esse potest* reliq. — 177, *nihil esse* BmPpV. *non esse* MDF. *sibi. birria* omisso vocabulo *tunc* m. In b. glossa ad *birria* apposita est: *ait.* — 179, § *omnia* M. *morte cadunt* F. — 180, *ac ipsum* F. *Socratem occubuisse* BbPD. *procubuisse* p. *succubuisse* reliq. De secunda syllaba in voc. Socrates producta Osannus conferri iubet Sirmondum ad Sidonium Apollin. c. XV, 69. pag. 146. — 181 et 182 in P. desunt. *Fama tamen* F. *Fama mei* reliq. *sed et haec* Bp. *super hoc* m. *sed adhuc* F. *sed et hic* M. *sed et hoc* reliq. — 182, *mors tollit* B. *mors delet* reliq. — 183, *iste sibi* BbM. *ille sibi* m. *ipse sibi* reliq. — 184, *fine perire* BPp. *morte perire* reliq. *docet* pDV. *probat* F. *videt* m. *dolet* reliq. — 185, *sed en* V. *sed eu nunc quid strepit* B. *strepit aut* Bp. *strepet* DF. *strepit et* reliq. — 186, Deest in D. *En verum lepus est praeda* M. *en lepus est certe* V. *en lepus, en, hercle* F. *en lepus est hercle* reliq. *petenda viro* p. — 187, *Utar enim saxis* m. *utar in hoc saxis* P. *saxis utar ego* D. *nec non mihi* B. *quia non mihi* V. *nec sunt mihi* F. *non sunt mihi* DV. *nec enim mihi* reliq. *retia porto* b. — 188, *Furcula*

Exeat aut lateat, saxis mea praeda peribit;
Ditabit mensam praeda reperta meam.
B: Vae mi, qui latui! Mortem vitare volebam,
Jam moriar; volui vivere, vita fugit.
Ha! Volui tutus nimis esse; perenne latebo,
Et fiet tumulus ista caverna mihi.
Vae, quia non tacui! nunc a me proditus ipso;
Ne moriar, timeo, qui bene tutus eram! —
Geta premit saxis inculcat et ictibus ictus,
Et veniam timida Byrrhia voce rogat:
Byrrhia sum, mihi Geta meus, rogo, parcat amico;
Nulla viro laus est sic lapidare suum.
Geta teneto manus, tuus est hic Byrrhia! — Non es
Byrrhia, Geta refert; iurat hic, ille negat;
Instat hic, hic clamat: Non mentior, hercule, notus
Sum tibi, me sola noscere voce potes.
[Byrrhia sum, mi Geta, tuus, tua saxa repone,
Vivat ut obsequio Byrrhia, Geta, tuo. —]
G: Ergo caput profer. — B: Jam profero, saxa repone,
Ne caput hic pereat ad tua saxa meum. —

---

sint pro reti sint m. *furcula pro rethi sit vice* b. *furcula pro rete sint* Bp. — 189, *Exeat an* F. *saxis nunc* V. — 190, Post hunc versum in PD. leguntur versus 211. 212. *reperta suam* m. — 191, *qui latui* BPp. *cur latui* m. *quid latui* b. *quod latui* MDFV. — 193, *Ha volui* BbmPD. *heu volui* p. *iam volui* reliq. *nimis* deest in B. *perhemne* V. *perhenne* reliq. in b. glossa adscripta: *in aeternum.* — 194, *caverna meus* Mb. — 195, *qi non* M. *qr non* b. *cur non* mPDF. *quia non* BV. *quid non* p. *per me proditus* p. *a me proditus* m. *a me traditus* P. *a me perditus* DV. *ipse* pD. — 196, *quod moriar* DF. *ut moriar* m. *ne moriar* reliqui, sed priori voci in M. adscriptum est: *qr.* — *modo tutus* b. — 197, *inculcans ictibus* mPD. — 199, *sine mihi* D. *sum mi* FV. *geta precor tua dextera parcat* PpD. *precor iam dextera parcat* F. *precor mihi parcat amicus* V. *precor iam parcat amicus* m. *precor iam parcat amicum* M. adscriptum: *tua dextera parcat.* — *precor parcatur amica* b. cum glossa: *ut tua dextera parcat.* in B. scriptum: *mihi geta meus rogo parcat amico.* — 200, *lapidare virum* bpV. *lapidare meum* P. — 201, *tenete tuus* sine voc. *manus* D. *hic est* MF. *non est* bMmDF. *non es* BPpV. — 202, *geta refret* M. sine v. *Byrrhia* — *refert geta hic iurat* D. *hic tamen ille negat* M. — 203, *instat hic clamat* b. *hic ille clamat* V. *et hic clamat* P. — Versus 205 et 206 in B desunt. *o mi geta* F. *geta precor tua* PD. — 206, Hic et 208 versus sunt transpositi in V. — 207, *capud* BM. fere ubique. *reponas* M. *remittas* m. *remitte* F. — 208, *hoc pereat* DFV.

Cessat hic, hic exit. Cui Geta: Quid ergo latebas?
Posset ab incauto mors tibi saeva dari.
B: Quis dedit hoc Getae lapidare latentia quaeque?
Luna latet quum vult, Byrrhia quando potest.
G: I citus ad naves et quae modo pondera restant
Tolle, manent humeros pondera magna tuos;
Vel mea si mavis haec tantula pondera ferre —
B: Tantula? quis tanta pondera ferre queat?
G: Ha, quanto maiora feres, qua fasce premeris?
Et fascem ostentans: Hoc leve pondus! ait.
B: Quum leve vel nullum pondus te ferre queraris,
Cur ea non defers viribus apta tuis?
G: Dixerat Amphitryon mihi maxima ferre volenti:
Accipies pondus hoc leve, Geta, tibi.
Byrrhia magna feret, quem reddunt otia fortem;
Nam fortes humeros grande decebit onus.
Byrrhia cogetur montes transferre. B: Teneto
Ergo meum; quod fers tu tibi pondus habe.
Si nequeam vitare, licet differre laborem.
Discedunt, litus hic petit, ille domum.

---

per tua b m P. — 209, *Cessat et hic exit* F. *cessat hic exit et hic* P. — 210, *Mox potest ab incauto* b. *fera dari* M. — 211 et 212 in m desunt, in P. post. vers. 190 leguntur. *dedit getae* M. — 212, *dum vult* p F. *nonne potest* V. — 213, *quae tibi pondera* m. — 214, *humeris* et *tuis* p D F, in D in rasura scriptum. — 215, si *maius* B. *si manis* b. *hic tantula* M m. *pondera tantula* b. *pondera tolle* V. — 216, *quis ferre pondera tanta* V. *ferre potest* F. — 217, *ha quanto* B. *o quanto* reliqui. *quo fasce* b M m P D F V. *qua fasce* B p. cf. ad v. 155. — 218, *Ic onus ostendens hoc* M. *facem ostendens* b. *fascem ostentans* B. *ostendens* reliqui. — *hoc leve dixit erit* b. *hic leve pondus ait* F. — 219, *birria cum nullum te pondus* M. *cum leve vel magnuu pondus mferre* m. *vel pondus nullum te* F. *te pondus ferre* b V. — 220, *cur mea non* V. *opta tuis* m. *apta meis* B. — 221, *Dixerat. amphitrion* B b. *pondera ferre* V. — 222, *accipito* P. *accipies* B b M V. *accipias* reliqui. *pondus hic* M. — 223, *magna tibi fecit* m. sed voc. *tibi* punctis appositis deletum. *ferat* V. *reddant* m. *ocia* P. — 224, *fortes animos* P. *honus* B b V. — 225, *montes iam ferre* F. *montes transire* b p. — 226, *ergo tuum* V. *ergo meum* reliqui omnes. *fers hoc tibi* b. — 227, *si nequeo* F. *sed nequeam* D. *iuvat differe* p. *licet differe* B b. *valet differe* reliq. —

Geta domum properat, gaudet loca nota videre;
Gaudia dinumerat, sic breve reddit iter.
Gaude, Geta, tui iam praeteriere labores,
Otia iam redeunt, iam tibi parta quies.
Adsurgent Getae redeunti Samnio, Sanga,
Davus et applaudet cetera turba comes.
Accrescet nomen mihi, dicar Geta magister;
Terrebit multos nominis umbra mei.
Magnus et in tota venerabilis ipse coquina!
Jamque libet servos magna docere meos.
Sed quid in occursum non est Alcmena? quid autem
Janua clausa mihi est, et silet ipsa domus?
Ad primam vocem pandetur ianua Getae,
Vel minimo digito iam reserabo fores.
Multa fero, quibus ipsa placet sibi femina; peplum
Mittitur Alcmenae, zona, monile, chlamys.

229, *nota loca* B D. — 230, *Gaudea denumerant* m. *gaudia dinumerans* M V. *dinumerant* B. *connumerat* P. — 231, In M. voci *praeteriere* adscriptum *cese;* num *praetercessere?* — 232, *gaudia iam* m; *rediunt* m. *redentur* b; *pasca quies* m. *parca* b. *quies est* F. — 233, *assurgunt* M m; *redienti* D V. *Samnio* B P p. *Samo* b. sed litterae *m* linea imposita. *Sannio* M. *San: no* m. *Santia* V. et, ut videtur, D. *Sagana* F. Osannus *Santia* scripsit, quod nomen Latinam nominis Xanthias formam esse putat; *Saga* B i. e. *Sanga?* vid. ad v. 8. *Sanga* b m P p V. *Longe* F. *Sango* D. *Sana* ita ut priori litterae *a* linea undulata, qualis est Graecorum circumflexus, imposita sit; M. cum glossa: *nomina ancillarum.* — 234, *dannus* P; *applaudi* m. *applaudent* B. *applaudet* reliq.; *turba tibi* p D F. *turba michi* P. *turba domus* b. *turba comes* reliq. — 235, *mihi bone geta* M. *dicor geta* B. *dicar* reliq.; *dicar iam geta magnus* V. ultimum vocabulum ex male intellecta compendiaria scriptura vocabuli *magister* ortum esse videtur, quod ut in M. scribitur *magr*, linea litteris *gr* imposita. — 236, *multos* B. *cunctos* reliq.; *nomina* F. — 237, *uncta popina* V. *ipsa popina* D. *ipse popina* b M m P p. sed in M. adscriptum est *coquina.* In B. scribitur *ipse coquina.* cf. vers. 529 et 531. — 238, *libet servos* B p. *liber servos* reliq.; *multa docebo* M. *ipse docebo* m p F V. *magna docebo* b P D. *magna docere* B. — 239, *Sed si quid* D; *non id almena* M. — 240, *ianua mihi clausa est* B. *ianua clausa mihi est* reliqu. praeterquam quod in V. *est* non legitur; *quid silet* F. *et silet* reliqu. — 241, *primam ecce* b; *pandatur* D F. *pandetur* reliq. — 243, in D. post v. 220. legitur his verbis: *multa quibus placet ipsa fero sibi* cetera. — 244, *monile clamis* B b M P p. *cladis* m. *mantellus* F. quae glossa v. *chlamys* in versu ipso posita est. —

Cultu forma nitet, hac femina dote superbit;
Hac placet illa viro, plus tamen ipsa sibi.
Accedit pulsatque fores, clausaeque quietem
Dum stupet ille domus, atria voce replet.
Exeat Alcmena, pandatur ianua Getae,
Exeat et videat Amphitryona suum.
Arcas adest foribus, Getam mentitur eratque
Persimilis vultu, corpore, voce magis.
Jam thalamum tenet Amphitryon, tenet ostia Geta.
Quisquis es, hinc abi. Dixerat, ille stupet.
Terruerat Getam similis prolatio vocis,
Abstitit a foribus et sibi moestus ait:
Qui loquitur mecum voce est et nomine Geta;
Voce loqui Getae quis nisi Geta potest?
Sed logici memorant, quod vox est una duorum,
Atque duos nomen significabat idem.
Dixerat atque domum circumspicit undique clausam;
Omnia clausa videt, clausaque cuncta silent.

245, *dotte* b; *placebit* M. *superbit* reliq. — 246, *Hoc placet ipsa sibi* b P D. *hac placet ipsa viro* M m D F V. *hac placet illa sibi* reliq.; *plus placet ergo tibi* p. *plus tamen ipsa viro* P. *plus placet ipsa sibi* m D V. — 247, *clauseque quiescunt* b P D. *clausasque fatigat* F. *clausaeque quiete* V. *clauseque gete* p. *clause quietem* m. *clauseque quietem* reliq. — 248, *Dum stupet* B. *obstipet* F. *obstupet* reliq.; *repellet* F. — 250, *et videa* m. *ut videat* p V. *et videat* reliq. — 252, *consimilis* b; *gete corpore* b P p D F. *vote corpore voce* m. *voce corpore voce* M V. *vultu corpore voce* B. *vultu magis* P. *voce manu* D. *voce magis* B b M m p. — 253, *Nam* m; *tenet amphitrion talamum* m F; *hostia* B b m P p F V. de qua aspiratione Osannus conferri iubet Apuleium min. p. 109. Constans est fere omnium meorum codd. scriptura. — 254, *hinc abi* B. *inquit abi* reliq.; *dixerat atque stupet* p. *dixerat ille stupet* reliq. — 255, *simulatio prodita* M. *simulata probacio* b m. *probatio* P p. *relatio* F. *similis prolacio* B. — 256, *astitit* B b M. *abstitit* reliq.; *nostus ait* m. *mestus* reliq. fere omnes. — 257, *qui mecum loquitur* P p. *qui loquitur vere* V. *qui loquitur mecum* reliq.; *voce est et nomine* B. *voce est et corpore* reliq. — 258, *ecce loqui* V. — 259, Deest in F. *loici* M. *loyici* p; *quod vox una duorum* B. *et una* b. cum adnotatione: *vel est.* — *est vita duorum* M. sed *erit una* adscriptum est. *est una* p V. *sit una* D. *quid sit vox una* P. *erit una* m; *duobus* p. — 260, *B | atque* m; *significavit* m b. *significabit* reliq. — 261, *Dixerat ad domum* D. — 262, *omnia clausa silent* P D. *omni clausa solent* p. *clausa videt* reliq; *cunctaque clausa* b m D F V. *clausaque cuncta*

Miratur statque ante fores et, quisquis es, inquit,
Pande fores, reseres ostia, Geta redit.
Jam rediit Geta, deus intulit, Amphitryonque
In thalamo gaudet coniugis esse suae.
Byrrhia iam rediit, quem, dum latitaret in antro,
Terruerantque minae saxaque missa manu.
Subprime clamorem, sine iam requiescere fessos,
Fessis post onera fit mage grata quies.
Geta suum nomen novit, nec clausa recludit,
Ad nomen Getae limina clausa tibi.
Obstupuit retroque pedem tulit: Heu mihi, dicens,
Hunc verum Getam factaque voxque probant.
Nunquid oberravi? Nunquid modo Byrrhia missus
Me citius rediit vel breviore via?
Est ego, qui mecum loquitur; sed nescio fiat
Qua ratione duo, qui prius unus erat.
Omne, quod est, unum est, sed non sum, qui loquor, unus;
Ergo nihil Geta est, nec nihil esse potest.
Unus eram, clausa quum primum ad limina voce
Intonui, sed me reddidit ille mihi.

B M; *videt* D (et Pp?). — 263, *Ammirans stetit* P p. *admirans stetit* b M D F V. *miratur stetit* m. *miratur statque* B. — 264, *pande domum reserans Geta redit* p. *reseras* m D; *hostia* fere omnes vid. ad v. 253; *reddit* b. — 266, *in gremio* m. *in thalamo* reliq; *ecce suae* V. *ille suae* D. *esse suae* reliq. — 267, *non rediit quem latitaret in atro* B. — 268, *terrueratque* D. — 269, *nos requiescere* P. *iam quiescere* M. *iam requiescere* reliq. — 270, *honera est* B. *honera fit* V. et *fit* etiam in reliquis; *fit grata quies* sine voc. *mage* b. — 271, *recludet* m. *refulsit* F. — 272, *omnia clausa* P. *ianua clausa* b p. *limina geta* B. *limina nulla* D. *limina clausa* reliqui; *patet* D. *manet* b. *silet* p. *silent* P V; *sibi* F. *tibi* reliq. — 273, *retro pedem* F. *hei mihi* B b M m. *heu mihi* reliq; *dixit* b p. *dicens* reliq. — 274, *Getam verum* F. — 276, *vel citius* b P p F V. *aut citius* M m D. *me citius* B; *dre redi* m, in quo rasura inter haec vocabula; *aut brevior*e M m d. in M. adscriptum: *venit.* — *vel breviore* reliq. — 277, *Hic ego* V. *Est ergo* F; *nescio fiant* M D F. — 280, *et nichil esse* p. *vel nichil esse* M. — 281, *primo dum clausa limina* V. *clausa cum prima limina* B. *quum primum limina* b M m P D. sed in b ad voc. *limina* voc. *ad* suprascriptum est. *eram voce cum primum ad limina clausa* p. — 282, *sed ne* F. *iste nichil* P D. *ille nihil* p. *ille michi* b m, sed in m in rasura haec vv. scripta sunt. *illa mihi* M. sed

Respondine mihi? vocemne per echo relatam,
Ut solet in silvis, redditit ipsa domus?
[Janua me dudum reserato cardine cepit?
Quid loquor, ut subeam? Proh furor, intus ego!]
Accedam, quaeram, quo sit pede, dente, capillo,
An sicut voce, corpore sic sit ego.
Quaeram de factis, de moribus; est metuendum
Non leve, ne Geta sit duo, sitve nihil.
Instat et ut frangat illata repagula portae
Concutit irata limina clausa manu;
Clamat: Ades qui voce refers et nomine Getam;
Postibus oppositis, quaeso, repelle seras,
Ut videam, non ut subeam, fore semireclusa,
Aemula si tibi sint vultibus ora meis.
Non, sic Arcas ait, non est leve fallere Getam.
Viribus intrare tu nequis, arte paras.
Hic rogat, ille negat; hic instat, at ille repellit;
Viribus utuntur, fortior Arcas erat.

---

illa in *ille* mutatum. *ille mihi* B. — 283, Versus 283. 284. 285. 286 desunt in m; *respondeto michi* p. *responditve* F; *heccho* F. *eccho* b. — 284, *ipsa domo* B. *illa domus* V. — 285 et 286 versus in B m P p F absunt, recte ut mihi videtur. *ressata cardine* b. — 286, *proferor* D. *prot. furor* b. *proh furor* M V. Osannus scripsit: *Quid loquor? ut subeam proferor intus ego.* — 287, *accedam quo sit quaeram pede* M. *si sit* D. — 288, *an si sit voce* p. *aut sicut voce* D. *an sicut et voce* m. *an licet voce* M; *sit sic ego* F. *licet sit ego* M. *sic sit ego* reliq. — 289, *M queram factis de moribus* m; *et metuendam* F. Osannus hoc modo scripsit: *Quaeram de factis de moribus est metuendum: non leve, ne* etc. — 290, *Neve ne geta* B. *Quam nam leve* M. *Non leve ne* reliqu. *sive nichil* B m. *sine nichil* F. *sitve nichil* reliq. — 291, *frangat serata* F. *repacula* M. *repagula* reliqui; *posti* m D. *portae* reliq. sed in B ultimum versus vocabulum deest. — 293, *et corpore* m P p D F V. *et nomine* B b M. *geta* B. — 294, *Cuilibet postibns* m. sed prius vocab. punctis appositis deletum. *oppositis* P p. *obpositis* B M. *oppositas* m F; *fores* M. *seram* P p D V. *seras* B b m. — 295, Deest in F. *videam tantum subea* B. *non ut subeam* reliq; *foribus semiclausis* V. *fore sumi clausa* D. Osanni coniectura: *fore semireclusa* confirmatur codicibus B b M m P p. — 296, *temula sint nec tibi vollibus* p; *si tua sint* b. — 297, *Hec sic* M. *Nunc sic* b. *cui sic* D. — 298, *Cuilibet intrare ni nequis* M m. *cuilibet intrare vi nequis* V. *qui nunc intrare vi nequis* p. *viribus intrare cum nequis* D. *viribus intra haec cum arte paras* F. *viribus intrare non potes* b P. *viribus intrare tu nequis* B. — 299, *instat t* F. — 300, *forcior* B. *archas adest* b M P p F V. *erat* B m D.

Jurgia commiscent, postique adnixus inanes
Fudit in obpositum tristis uterque minas.
Clamat Geta: Seram posti ni dempseris ultro,
Pessime, iam vires senseris, hercle, meas.
Deme seram posti, nimis improbe! ni cito pandas,
Protinus obposito ianua fuste cadet.
Turpe mihi cumulare preces, qui cogere possum.
Quid facis Alcmena? surge, reclude domum.
Turpe fit uxori non occursare marito,
Dum redit; ecce tuus limina Geta tenet,
En tuus Amphitryon; iubeas modo clausa recludi;
Introitum Getae furcifer iste negat.
Exagitent male me superi, si turpe quid audes,
Ni sapias, Geta quid queat, Arcas ait.
G: Janna fuste cadet. A: Ergo cadet et tua cervix.
Effuge, terribili rudere voce sinas.
Mene putas terrere minis? iniuria portae
Facta redundabit in caput, hercle, tuum.
Geta timet ponitque minas; ope Geta minandi
Lusus ad adsuetas confugit inde preces.

301, *commiscunt* m. *commissent* F; *posti quoque nixus* D. *postique innixus* M P p. sed in M. *adnixus* suprascriptnm est. *affixus* B. *annexus* F. *adnixus* b V. — 302, *fudit* B P p. *fundit* reliq. — 303, *seras ni posti* m. *seram posti* M. suprascriptum est: *nisi.* — *seram posti ni* B P p V; *describis ultro* b. *depresseris ultro* sine voc. *posti* D. — 304, *tu vires* D; *noveris* b M m P D F V. *sentis* p. *senseris* B; *ecce meas* V. *ercle meas* B. — 305, *deme seras* m; *celer improbe* P p V. *scelus improbe* M m D. *scelus est male* F. *nimis improbe* B. *mihi tu ne deseris ultro* b. cf. v. 303. — 307, *Turpe michi est cumulare* p. *cum vincere possim* p. — 308, *include* F. *domus* m. — 309, *Turpe sit* m b P p F. *Turpe fit* B M D V. — 310, *vir redit* p m D. *cum redit* M P. *dum redit* B b V F; *suus limina* b. Osannus edidit: *vir redit ecce tuus: limina Geta tenet.* Quod ego recepi iam Maius habet. — 311, *En redit* M. *iubeas cito* b M m P p. *iubeas modo* B. — 313, *Exagitant* m p F. *exagitent* rel. — 314, *Ni sapias* omnes codd., excepto F, in quo *ni sapies.* Osannus *tu sapies* ex coniectura pessime scripsit; *getam* M. *quid genat* F. — 315, *cadet tua* B. *caderet tua* b m. *cadet et tua* M P p D F V. *cervix* in F deest. — 316, *tradere voce* B. *reddere* F. *rudere* reliq; *minas* P p. *sine* V. *sinas* reliqui. — 317, *Meve* m. *ne me putes* F. *neque putas* D; *terreque* m; *iniurgia* p. — 318, F*icta redundabit* M. in margine *cessent* adscriptum; *redundabunt* m; *ecce tuum* V. *ista tuum* m. *ercle tuum* B. *hercle tuum* reliq. — 319, *Geta silet* F. *timet deponitque* M. sed syllaba *de* suprascripta. *ope ge minandi* B. *ope saepe minandi* D. *ope geta minandi* rell. in F. tamen *minando* scriptum. — 320, *in*

Dic, ait, oro, tui quis sit modus et color oris
Et membris proprias omnibus adde notas.
Singula percurre, quia multum scire laboro,
Quisquam me praeter si fore possit ego.
Arcas ait contra: Dicam modo, namque precaris;
Non tumidis verbis sed prece vincor ego.
Principio ut sapias, Getam te credere noli,
Nec puto quod credas, sed modo crede mihi.
Non alium Getam, ni me mea Graecia novit;
Fallere me quaeris nomine nempe meo.
Solus ego Geta; nunc accipe, quis color aut quae
Forma mihi, quae sint singula facta mea.
Totus inaudita foedaque nigredine damnor,
Atque color membris omnibus unus inest.
Sum velut Aethiopes, aut quales India mittit,
Aeterna scabie laeditur atra cutis.
Hirsutum caput est et cinctum crine caprino,
Frons brevis et naris longa, rubent oculi.

---

assuetas **M**. *ad assuetas* vel *ad adsuetas* reliq; *ergo preces* **D**. *ipse preces* **V**. *ille pr*. p. *usque preces* **P**. *inde pr*. rell. sed in **M**. pro *inde* scriptum *in*, cui linea imposita est. — 321, *sic ait* m; *tibi quis* m. *cui quis* **F**. *tuus quis* p; *color et modus* **D F V**. *modus aut color* m. *modus et color* reliq. — 323, *percurro* m; *quin multum* **F**. — 324, *Praeter me quisquam* p. *si quisquam* **D**. *quisquam me praeter* **B**. *quisquam praeter me* rell. — 325 et 326 in m. a manu recentiore in margine adscripti sunt. *Archas enim contra* **V**. *Archas contra* **D**. *ait cuncta* **M** m. *ait gete* b. *ait contra* **B P** p **F**; *modo dicam* b. *tibi dicam* p. *dicam modo* reliq; *precantis* **D**. — 326, *nec tumidis* **M** m **P**. *nec verbis tumidis* **F**. *non timidis verb*. **B**. *non tumidis verb*. b p. *non verbis tumidis* reliq; *victus ego* **D**. — 327, In b. *ut* linea deletum; *te getam* **M**. — 328, *modo crede* **B P** p. *cito crede* reliq. — 329, *Non almena getam* **B**; *praeter me graecia* b **P**. *nisi me* **D F V**. *ni me* **B** b **M** m; *nam graecia* **D V**. *modo graecia* **M** m **F**. *mea graecia* **B** p. — 330, *me credis* **P D F V**. *me quaeris* reliqu; *tuo* **D**. — 331, *geta sum nunc* **V**; *quid loquar et* **V**; *color aut* **B**. in quo voc. *quae* in fine versus deest. — 332, *quo sint* b m **F V**. *quae sint* **B M P** p **D**; *membra michi* **P D**. sed in **P**. *facta modo* adscriptum est. *facta mea* **B**. *facta modo* reliq. — 333, *feda culigine* **M**. sed nigredine suprascript. — 335, *Nam velud* b. *velud ethiops* m. *velud echiopes* **B**; *quale vel indica mater* **B**. *quales indica nutrit* **P** p. *quales india mittit* reliq. — 336, *assidua scabie* p; *enditur* m. *tegitur* **F**. *ceditur* b **V**. *scinditur* **P D**. *laeditur* **B M** p. — 337, *caput mihi et cunctum* **M**. *comptum* **V**. *tinctum* b. *cinctum* reliq. — 339 et 340 in **V**.

Menta genasque tegit et obumbrat silva pilorum,
Collaqua longa mihi sunt humerique breves.
Sic totus tumeo, quod credor hydropicus esse,
Et stomachus parvum nescit habere modum,
Zonaque nulla potest hunc castigare tumorem,
Cum pane absorptis dum tumet alvus aquis.
Deest spatium lateri, deest renibus; hispida crura
Sunt mihi, quae scabies ut sua regna tenet;
Sed mihi, dum crebro singultu colligit iram,
Ad tortum muto tenditur usque genu.
Tibia curta mihi sed grossa, pedesque recurvi,
Ut pedibus solea nulla sit apta meis.
Cuique sat est, me nosse semel, Getamque videntes
Fastiditi abeunt, nec repetisse iuvat.
Miratur Geta; qualis sit spectat et audit;
[Hunc sibi persimilem, se timet esse nihil.

---

desunt. *Menda genas tegit* **F**. — 340, *collaque mi longa sunt* b. — 341, *totus tumeo* **B**. *tumeo ventre* reliq; *qui dicor* p. *quod dicar* **F**. *quod dicor* reliqui praeter **B**, in quo *quod credo*; *hydropicus* **B**. *ydropicus* rell. fere omnes. — 342, *parvus nescit amare* m. — 343, *tumentem* **F**. *timorem* **D**. cf. v. 326. — 344, *pane et abs*. **P**. *pane obsortis* b. *absortis* **B M** m. *absorptis* **P** p; *dum tumet* b **M** p **D F**. *contumet* **P**. *cum tumet* **B** m. — 345, *deest lateri*, *deest genibus* **M**. *aspera crura* **D V**. *ispida* vel *hispida* reliq. — 346, *in sua* **D**. — 347 et 358 in **V**. deesse videntur. *Mens mihi de crebro* **P** p. *mens quae crebro* **M**. sed in margine adscriptum *sed mihi* et voc. *mens* in versu positum linea inducta deletum est. tum in margine adscriptum etiam *mihi*, ut duplex adsit lectio. *mens mihi crebro* **D**. *cum mens sibi crebro* **F**. *sed mihi de cerebro* b. *sed mihi dum crebro* m. *sed sic dum crebro* **B**; *cingultu* **F**. *singulti* **D**. *singultu* reliq. cui voc. in **P**. adscriptum: *sono*. Vide quae de hac voce Furlanettus ad Forcelliniani Lexici vocem *singulto* adnotavit. — 348, *Uterus inflatus* **D**; *ac curvum* **P**. *ad curtum* **M** m p. *et turtum* b. *ad turtum* **F**. *ad certum* **B**; *venter* m **P** p **F**. *mentum* **M**. *manto* b. *muto* **B**; *tendit ad usque manu* **D**. *tenditur usque genu* reliq; in b tamen inter *manto* et *tenditur* voc. *barba* interpositum. Oșannus scripsit: *Mens mihi, quae crebro cingilli colligit iram; ad tortum venter tenditur usque genu*. — 394, *curva* **D F**. *curta* reliq. — 350, *solia* **M**. — 351, *Nam sat est* **M**. *cuique satis est* b. *cuique semel satis est me noscere* **V**; *me noscere scelus* **D**; *namque videntes* **V**. — 352, *fastidiunt fugiunt* **P**. *fastidr fugiunt* **M**. in quo in littera *r* linea imposita et adscriptum *fastiditi* est; *fastidit* **D**. *fugiunt* b. *sed repetisse volunt* **P**. — 353, *geta sum ego talis ait* m. cf. v. 356. sed verba *sum — ait* linea sunt deleta et adscriptum: *qualis sit spectat et audit*, quod in reliquis codd. legitur, praeterquam quod in **F**. *est* pro *sit* scriptum est. — 354 et 355 in **B M** m **P** p **D F**. desunt. Recte. *se nihil esse timens* **V**. *se timet*

Singula perspiciens se vidit taliter esse.]
Quisquis is est, Geta est, sumque ego talis ait.
Dic age, quo pacto, quibus artibus Amphitryonem
Fallis, ut et factis sis ego simque nihil.
Furta dolosque meos audi, Caducifer inquit,
Ut iures Getam me fore teque nihil.
Est quamvis turpis Geta, qua gaudet amari
Scire velis causam? turpis et illa quidem.
Causa subest: moechor, nunquam satiata priapi
Semper inest rabies et modus absque modo.
Ut verum fatear, non Geta sed inguen amatur;
Si qua meos vultus non amat, inguen amat.
Quas hostes vultus, inguen mihi reddit amicas;
Sic, ut totus amer, pars facit una mei.
Fallo senem, minuo commissa, recondita furor,
Furtivisque opibus Thaida pasco meam.
Nulla manus Getae tenuit sera, dissipo quaeque
Prodigus et larga non mea dono manu.
Lenio muneribus, quam vultu terreo turpi;
Si dare multa potes, quicquid amabis habes.
Accipe nunc verum, quod gessi nuper Athenis,
Ut fore me Getam per mea facta probes.

esse nihil b. — 355, *videt et taliter* V. — 256, *Qualis is Geta* M. *Qualis is est Geta* V. *Quisquis is es* B. *geta sum quoque* PpDF. *sum ego* m. *sumque ego* BbMV. *talis ego* PpD. — 357, *Fallis ut factis* V. *et ut* mPpDF. *sumque* PF. 359 et 360 in Bb desunt. *audito* p. — 360, *et vides getam* m. a manu sec. adscr. *credas.* — *unde scias getam* V. — 361, *Et quecuius turpis qua geta* M. *est geta quamvis turpis* m. *est quamvis geta tur.* bpF. *est quamv. t. geta* B. *turpis gete* PD. *color inguen amatur* D. cf. v. 365. — 362, *velis carmen* D. *et ille* m. — 363, *subest melior* BbP. *mehor* Mm. *moechor*, quod Osannus ex coniectura recepit, nonnisi in p. esse videtur; *placanda* p. *placata* bMP. *pacata* m. *satiati* B. *satiata* ex coniectura recepi. *priapo* PpDF. *priapi* reliqui, recte, nam *inest* saepe absolute ponitur. — 364, *venus absque* P. — 366, *si que* Bp. — 367, *reddit amicus* B. — 368, *quod totus amet* m. *una michi* P. — 369, *minuo concessa* F. *et credita furor* M. *furo* F. — 370, *furtivisque* B. in reliquis *que* deest. *tayda* bPp. *taida* M. *tarda* m. *thayda* DF. *thaida* B. *posco* B. — 371, *manus te Geta tenet* B. *manum* V. *fera* Bm. — 372, Deest in B. *prodagus* F. *dona* m. — 373, *quam* BV. *quas* rell; *tristi* m. — 374, *sic dare* BV. *potest* F. *amabis* BmpF. *abebis* M. *avebis* reliq. — 375, *verum quod* Bp. *iterum quae* reliq. *jessi* M. *gressi* m. — 376, *me iterum per* M.

Amphitryona scholae, sua Getam Thais habebat.
Dum mutuo patriam, Thaida quaero novam.
Thaidas exquiro, quarum bona copia Getam;
Vinco muneribus, munere vincit amor.
Dumque sopore gravatur herus, castigo crumenam
Et minuo numerum, sic tumet illa minus.
Saepe crucem merui, merui persaepe catenam,
Aspera saepe tuli verbera, saepe minas.
Nuper ego, sed ades, ne forte quis audiat istud,
Incolumi cista bina talenta tuli.
Clavis adulterio feci mea furta latere;
Est leve deliros fallere posse senes.
Si mea me fallit fraus et deprendor in actu,
Nota nego, testor numina, iuro deos.
Non dubito superos testes adducere falsos;
Nil magnum audebit, qui putat esse deos.
Jam satis est, Geta es, respondit Geta stupetque,
Dicta recognoscit et fore nota dolet.
Sis ego, respondit, ego sim nihil; atque recedit,
Quaque via laetus venerat ante, redit.
Solus abit, secum queritur: Vae vae mihi, dixit,
Vae mihi, qui fueram, iam modo fio nihil.

377, *Amphitrion scole* B; *Amphitrione* F; *scola* m; *sua getam* Bmp. *me geta* b. *Getamo sus* D. *getam sua* reliq; *habebant* D. — 378, *dum mitto* PF. *quaero nova* b. *quero meam* p. — 379, *thaides* B; *mihi copia* bFV. *geta* b. *gete* P. *getae est* D. *gratam* mF. *gretam* M. *getam* Bp. — 380, *vincit mun.* m. *vincio* V; *vivit amor* Mm. — 381, *Dumque gravatur herus sompno* V. *sapore* F. *gravatus* mpP; *humerus castigo* m. — 382, *numerum minuo* F. *timet illa* m. *nimis* D. — 383, *quam saepe* M. *comnenas* m. *cathenas* b. *chatenas* F. *catenas* Pp. *chatenam* B. — 385, *istud* BP. *illud* reliq. — 386, *incolumis* M. *sista* b. *lima tal.* m. — 387, *adulterii* bmF. *adulterea* D. *fecit* bmDV. — 388, *et leve* PF. *posse viros* F. — 389, *ut deprehendar* P. *deprehensor* DF. *deprendor* et *deprehendor* reliq. — 390, *Facta nego* P. *iuro deas* B. — 391 et 392 desunt apud Maium. *nec dubito* P. *nam dubito* F. *testes superos* mDF. *superos testes* BbMp. *superos falsos add. testes* P. — 392, *magnum audebit* B. *audet magnis* D. *audet magnum* rell; *deum* m. — 393, *geta respondit* B. sine *es*; *respondet* M. in quo *stupetque* deest. — 394, *recognoscens* P; *fore vera* F. — 395, *scis ego* P. *sic ego* V. *modo sum* P. *sim nichil* BbmP. *sum nihil* rell. — 396, *ante recedit* M. *adque redit* m. — 397, *tristis abit* p. — 398, *iam modo* B. *qui modo* reliq. —

Geta quis esse potes? es homo? non hercule, namque
Si quis homo Geta est, quis nisi Geta foret?
Sum Plato; me forsan artes fecere Platonem;
Geta quidem non sum Getaque dicor ego.
Si non sum Geta, non debeo Geta vocari;
Geta vocabar ego; quod mihi nomen erit?
Nomen erit nullum, quia sum nihil. Heu mihi, sum nil!
Jam loquor et video, tangor et ipse manu.
Seque manu tangens sic addidit: Hercule tangor!
Quodque valet tangi non erit hercle nihil.
Est aliquid quodcunque fuit, nec desinit esse;
Est etiam semper, cui datur esse semel.
Sic sum, sic nil sum; pereat dialectica, per quam
Sic perii penitus; nunc scio scire nocet.
Quum didicit Geta logicam, tunc desiit esse,
Quaeque boves alios, me facit esse nihil.
Sic in me gravius experta sophismata! mutans
Tantum alios mihimet abstulit esse meum.
Vae logicis, si sic est omnibus! Heu, redit ecce
Amphitryon, miror, an sit et ille nihil.

399, *quis esse* B M m P. *quid esse* rell; *potes satis es ait es homo namque* m. sed vv. *satis — namque* linea inducta sunt deleta; *potest* M V. *potes* rell. *hercule non homo* V. *nunquam* D. Osannus scripsit: *potes? es homo non hercule; namque* cet. — 400, *geta quis* M m F. *geta es quis* V. — 401, *forsan artes me* F. — 402, *dicar* P F. — 403, *s jum sum jeta* M. *cur debeo* V. — 404, *vocor si non* p. *quod modo* m D. *erat* b. — 405, *Nullum nomen erit* m. *heu mihi quia sum nil* B. *mihi falsum* M. *nil sum* rell. — 406, *video tangere* B. *videret tangor* b. *videor tangor* M m p D V. *video tangor* P F. — 407, *addidit* B. *intulit* rell. *hercule tango* B. — 408, *potest tangi* P. *non valet esse nichil* m. *non erit esse* F. — 409, *non desiit* m. *non desinit* V. *nec desiit* b. — 410, Deest in m. *cui datur esse semel* B b p. *cui semel esse datur* rell. praeterquam quod in D. *quum semel* est scriptum. — 411, *sic nil sum* B P. *sic non sum* rell. *periit* V. *diletica* M. *dyalectica* F. — 412, *sic penitus perii nunc mihi scire* P. — 413, *dum* m V; *desinit* D. — 414, *me fecit* M. — 415, Ultimus est in F. versus *sophisma* M. sed a m. sec. suprascriptum est *ta* i. e. *sophismata*. — *mutat* P. *mutant* D. *mutas* m. vid. ad v. 8. *porto* F. cf. v. 163. *mutans* rell. quod voc. ad logicam in v. 413 est referendum. — 416, In M. in margine est adscriptus. *tanta* B. *alios asinos* B. *alios mihimet* rell; *una dies* m. sed a manu sec. adscr: *esse meum*, quod in rell. est. — 418, *miror si* P. *ille nichil* B b. *ipse nihil*

Et venit et nihil est; poteritne quod est nihil esse?
Hercule cuncta suas deseruere vias!
Reddidit insanum de me dialectica stulto;
Geta sit, an non sit, Geta probare potest.
Sum si me salvere iubet sub nomine Getae;
Si taceat, perii. Dixerat itque citus.
Amphitryon relegabat iter, sequitur praeeuntem
Vix quoque sub minima Byrrhia fasce gemens.
Dum videt hic Getam Amphitryon: Proh Juppiter, inquit,
Quid sibi vult Geta? qua ratione redit?
Significat damnum Getae citus iste recursus?
Fac, bona Juno, precor, nuntiet ille bonum.
Ne mortem nati, nec mortem coniugis aegrae
Afferat. Hoc vereor; ora dolentis habet
Turbor in adspectu; date numina, ne sine prole
Dicar et in magna parte perisse mei.
Quid taceo? quaeram. Sic inquit et occupat illum:
Dic age, Geta bone, quid mea cura facit?
Stamus, an occidimus? periine in coniuge fida?
An vivit, quod amo? Geta rogatus ait:

---

rell. — 419, *poteritque* b. *poteritne* rell; *quidem* B. *quid est* M m b. *quod est* P p D V; *nichil esse* B b. *nihil ire est* D. *nihil ire* rell. — 420, *Hercle* B. — 421, *Addidit* m. *mihi me* b. *stultum* b p. *stulto* reliq. — 423, *salvare* P p. — 424, *taciat* m. *tacet* V. *nil sum*. *Dixerat* p. *atque citus* M D V. quod Osannus recepit et hunc versum cum sequente coniugens voc. *citus* ad Amphitryonem retulit. In fine tamen huius vers. punctum est ponendum et sententiae causa, et quod in b. vers. 425. maiore rubra littera incipit. *itque citus* rell. — 425, *religabat* b. *praeeunte* B. *currem* m. num *currentem* voluit? *praeeuntes* p. — 426, *Byrrhia sub minima* p. *sub nimio* b P D V. *falce* D. *gemit* P. *gemes* b. cf. ad v. 8. — 427, *hic jeta* M. *getam prohe maxime* m. *getam proh maxime Jup.* b M m P p D V. *getam amphitrion proh Jup.* B. — 428, *quid modo* b. *quid mihi* D. — 429, *gete dampnum* m. — 430, *iste mihi* P. *iste bonum* m p. *iste bona* D. Osannus scripsit: *Fac bona, Juno, precor, nuntiet iste bona.* Quod ego recepi iam Maius habet. — 431, *Non mortem non* P. nati deest; *vel casum coniug.* D. *ne casum coni.* b m V. *non mortem c.* P. *nec mortem coni.* B p. — 432, *hic veniens* p. *hic vereor* b M m V. *hoc vereor* B P D. — 433, *rogo numina* P. — 434, In M. in margine adscriptus *in* deest in V. *periise* m D. — 435, *taceam* P D. *sic dixit* P D V. *sic inquit* omnes rell. — 436, *quid age quid* p. *qui age qui g.* V. *dic age geta bone* B. *dic age dic* sine v. *bone* rell; *me cura* m. — 437, *stamus et* V. *periine coni.* M m. *perii pro c.* b. *periine in c.* reliq. sed in P. *in* supra lineam adscriptum est. *fide* m. — 438, *aut vivit* M.

Hercule sum Geta, quia Getam me vocat ille.
Quod non est aliquid, nomen habere nequit.
Hoc secum tacitus, adiecit protinus: Hercle
Nuntio mira, diu est, quod sumus ambo domi.
Hercule! non sumus hic, rediit iam Byrrhia, iamque
Amphitryon thalamos, ostia Geta tenet.
Vera quidem, vera et nimium loquor; o ego felix,
Si quaecunque loquor omnia falsa forent.
Si sis Amphitryon, a te dimissus abibam;
Inveni rigidis ostia clausa seris.
Insisto foribus, me Geta recedere iussit,
Amphitryona probans iam rediisse meum.
Me mihi descripsit, mea facta recensuit ipse,
Quodque fuit Geta, multa dedere fidem.
Byrrhia subridens: Accepit Graecia sanos
Hos, ait, insanos illa remisit eos.
Insanire facit stultum dialectica quemvis,
Ars ea nunquam sit, Byrrhia, nota tibi.
Arte carere bonum est, quae per phantasmata quaedam
Aut homines asinos, aut nihil esse facit.
Sit logicus quivis, tu, Byrrhia, sis homo semper;
His studium placeat, uncta popina tibi.
Geta relata refert, et vix sibi credulus ipsi
Miratur; movit Amphitryona dolor.

439, *Geta sum* V. *me getam* V; *ista* m. *ille* BP. *iste* rell. — 441, *Hoc* Bb. *haec* reliq. *tacitus et dixit* b. *obiecit* D. *adiecit* rell. — 442, *Diu est* BV. *est* deest in rell. *simus* p. — 443, *redit* V. — 445, *Vera loquor etenim non mentior* b. *vera quidem vera nimium* MmpDV. *vera quidem nimium, nimium* P. *vera quidem vera et nimium* B. *ast ego* bPD. *en ego* V. *o ego* BMmp. — 447, *praemissus* D. *dimissus* reliq. — 448, *hostia fulta* P. — 449, *Assisti* m; *resistere iussit* b. — 450, *Amphitrion* B; *rediisse meum* Bp. *rediise domum* rell. — 451, *ipse* Bmp. *ille* rell. — 452, *fuit* BPp. *foret* rell. — 453, *sinos* b. — 454, *hoc ait* b. — 455, *quemvis dialectica stultum* D. — 456, *sit nunquam* pD. *nunquam sit ea b.* P. *nunquam sit b.* rell. — 457, *bonum quae* p. sine v. *est.* — *phantassna* m. *fantasmata* B. — 458, *homines asinos* BbP. *asinos homines* rell; *facit esse nichil* Mmp. — 459, *quisque* p. *tu sis homo birria semper* P. — 460, *Hiis* D. *ugta popina* M. cf. v. 165. *mihi* V. — 461, *refert que vix* P; *ipse* D. — 462, *Mirantem* V; *novit* D. — 463, Ultimus est versus in P.

Falleris, inquit ei, quod te nihil esse vereris;
Moechus habet thalamos, cui bene notus eras.
Adsint arma mihi; gladio praecingere, Geta,
Byrrhia, tela cape; nos lucra multa manent.
Quos nihil esse probat, aliquid iam sentiet esse.
Jussis Geta favet et prior arma capit;
Arma parant ambo, movet hunc iniuria lecti,
Hic parat, ut gladio se neget esse nihil.
Byrrhia dissimulat; satis hoc, ait, hercule noram,
Quum petii naves, intus adulter erat.
Hinc mittebar ego; nullus te Byrrhia fallit.
Hos aget insanos ad sua damna furor.
Hi sine bella gerant, nihil est ad proelia tutum;
Si potero, nunquam Byrrhia Marte cadet.
Increpat, instat herus clamans: Cape tela, praeito!
Hoc me tardat onus, vos sequar, inquit, ego.
Proicito potius, cadat ut deprensus adulter.
B: Proiciam? Damnis addere damna nocet.
Non sumus hercle pares; plures sunt forsitan intus;
Non sine vi magna captus adulter erit.
Arma ferunt moechi, vos insequar, ite priores;
Ad bellum vires cominus ensis habet.

qui te MV *quod te* B. *quia te* rell. — 465, *armati gl.* B. *praecingere* reflexiva forma, ut Graecorum περιζώννυσο, in omnibus codd. est. — 466, *rape* Bb. *lucra magna* mbD. — 467, *quod nichil* b. *aliquid nos* M. *sentiat* MV. — 468, *Jussus* B. *iussis* rell. *arma parat* bD. — 469, *arma parant arma* p. — 470, *in gladio* m. *negat* D. — 471, *dissimulans* V. *hoc* BbD. *haec* rell. *moram* D. — 473, *Huc* pMDV. *hinc* Bbm. cum scholio in b: *ab illo loco, vel huc.* — 474, *Hos ait* m. *agat* p. *agit* rell; *in sua* D. *ad sua* rell; *feror* m. — 475, *Hii* D. *sua b.* b. *ea b.* M. *saeva b.* V. *si b.* mD. *sine b.* B; *nihil ad* BM. sine v. *est.* — 476, *morte* B. — Versus 477 et 478 in V. in unum contracti hoc modo: *Increpat, instat herus. Vos sequor, inquit, ego.* — *clamat* mpD; *cape Byrrhia tela* bM sine v. *praeito.* — *praeite* B. *praeito* rell. — 478, *tradat* b. *sequor* MmDV. *sequar* Bbp. — 479, *proicito pondus* pV; *cadet* DV. *cadat* rell; *depensus* D. *deprehensus* M. — 480, *iuvat* V. — 481, *non sunt hercle* B; *sunt plures* pD. *plures sunt* rell. — 482, *nec sine* D; *raptus* M. *pressus* p. — 483, *mihi vos* D; *subsequar* p. *insequar* Bb. *subsequor* rell. — 484, *bellum* BpD. *belli* rell; *protinus* V; *hensis* B; *adest* bV. *abest* Mm.

Eminus adsistam, quia funda saxa rotabo;
Improvisa magis vulnera saepe nocent.
Tela manu vibrant, abeunt et multa minantur,
Inque Jovem auxilium quaerit uterque Jovis.
Byrrhia ridet eos: Unde haec audacia? dixit,
Quis furor? O utinam nosset adulter eos!
O faciles dare terga viri! Si Graecia tales
Misisset quondam, nunc quoque Troia foret.
Byrrhia, si sapias, fugias prior, ultimus instes.
Nil timido poterit tutius esse fuga.

Jam minus ardebat lenito Iuppiter igne,
Oscula iungebant iam moderata magis.
Me vocat officium, naves in littore liqui
Incustoditas. Geta, paretur iter!
Dixerat, Arcas adest, gaudetque suo Jove coelum;
Ridet terra minus, sensit abesse deos.
Stabat inornata positoque Alcmena decore
Atque ut iam placuit; ostia quaeque patent.
Amphitryon armatus adest, expavit ad arma
Femina et adsurgit territa sponsa viro.

---

habet rell. — 485, *astabo* D M. *asistam* b. *absistam* m. *assistam* B p. *adsistam* V. — 487, *hinc gladios vibrant* M. sed duo priora verba in rasura sunt scripta. *vibrant et multa superba minantur* p. *adeunt et plura* D. *multa loquuntur* M. — 488, *in iovis auxilio querit* p. *uterque iovem* p D. — 489, *ridet deos* B. *risit eos* p. *unde hic* D. *audatia* M. *dicens* b. — 490, *est utinam* b. *noscat* V. — 491, *dari terga mei* m. *date terga* M D; *fuge si* p. *viri sed si* b; *tales* B b M V. *quondam* m p. *condam* D. — 492, *Duxisset* m. *quondam* B b M V. *tales* rell; *non quoque* m. — 493, *si sapiens* V. *ultimus esto* V. — 494, *poterit iusto* M. *poterit iusta* p. *poterit tuta* m D. *poterit victo* b. *poterit timido* V. *timido pot.* B. *tucius* B p.

495 — 525 in V desunt. *iniquiter* D. *iupiter* rell; *ingne* m. — 496, *iungebat* b. *moderata satis* m D. — 497, *Revocat* m. *me necat* D. — 498, *petatur iter* m. — 499, *Exierat Archas* m. *ades* D. *celo* p. — 500, *terra nimis ridet* D; *gaudet* M. sed hoc verbum punctis appositis deletum et suprascriptum est: *sentit*. — *sentit* b. *sensit* rell; *adesse* m. — 501, *inornato* p. — 502, *utque iovi* D. *utque deo* M. *utque iam* m. *ut sibi iam* b. *atque ut iam* B p; *ostia quando* D. *hostia quaeque* rell. — 503, Hic versus maiore rubra littera incipit in b. *armatus est* M. — 505, *gladido*

Et, quid opus gladio? non arma sed oscula sume,
Dixit; non fueram sic adeunda tibi.
Lenia verba placent, armatus ad oscula venit,
Jamque manu mucro labitur, ira tepet.
Geta subit, reserata modo stupet ostia, moechum
Quaerit, ut inveniat, et reperire timet.
Et quia moechus abest, fit Geta audacior, inde
Exit et in tumidas nil metuendo minas.
Amphitryon, quo moechus abit? Satis oscula sumes!
Moechus ubi est? gladio iam cadet ille meo.
Dicat et Alcmena, cur ostia clausa negarent
Introitum Getae. Risit et ista refert:
Ostia servabas, et per te clausa patebant
Et mox ad nutus clausa fuere tuos.
Amphitryona meum thalamis amplexa fovebam.
Haec ad verba dolor Amphitryona movet.
Oscula rumpuntur, succedunt verbera paci;
Quas modo lambebat nunc secat ille genas.
Heu mihi! clamabat, recto modo calle venimus;
Hercule moechus erat. Non erat, illa refert.
Vos equidem vidi, vel vos vidisse videbar;
Luserunt animos somnia saepe meos.

M; *sumes* B. *sume* rell. — 506, *Dixit* B. *inquit* rell; *quid frustras?* *sic* D. *sic fueram non* b. *non fueram sic* B M m p; *ademida tibi* m. — 509, *stupet reserato modo sunt hostia michi* m. — 510, *Querit et* m. — 511, *Et que* m. *sic geta* D. *geta fit* b. *fit geta* rell. — 512, *exi* D; *metuenda* D. *metuendo* rell. in quo voc. syllaba *do* correpta, ut nonnunquam in gerundiis, cf. Ovid. heroid. IX, 126. — 513, *An Amphitr.* B. *abest* b. *sumens* p. *summes* m. *sume* M. — 514, *ubi gladio* b. *ipsa meo* D. *ipse meo* M. — 515, *negarent* b. — 516, *flebit et illa* m. *illa* p D. — 516, *Hostia servabis* m. *parte* D. *per te* rell; ad voc. *patebant* in b. scholion appositum: *aperta fuerunt*. — 518, *nuttus* b. *cuncta fuere* M. — 519, *complexa* M D. *amplexa* B b m p. — 520, *monet* b. *movet* rell. — 521, *federa paci* M. — 522, *quos modo lingebat* M. *quas male* D; *nam secat* m. *iam secat* p. *nunc fecat* B. *serat* b. cum schol: *verberat*. — 523, *hei* B M. *clamaba* M. — 424, *ille refert* D. — 525, *Vos* etiam in B, non *hos*, quod Sinnerus adnotavit, nam in his saepe erravit. Ipsum codicem B. nunc, ubi haec scribo, in manu habeo. *vidisse putavi* p.

Somnia sunt hercle, subiecit Byrrhia, Geta
Ihsanit, factus stultus in arte sua.
Jurgia sint insana procul! succedo coquinae,
Gaudeat Amphitryon, Getaque fiat homo.
Laetatur sponsa Amphitryon, nidore coquinae
Byrrhia, Geta hominem se fore; cuncta placent.

---

verebar B. — 527, *Gete* M. *getae* V. — 528, *stultus in arte* B. *stultior arte* rell. — 529, *sunt* b M; *popinae* D. *coquinae* rell. — 530, *fiet* MD. — 531, *nidore* b D V. *in odore* p. *videre* rell; *popinae* D. *coquinae* rell. — 532, *cuncta placent* D V. *queque placent* omnes rell. —

In M subscripti sunt versus: *Explicit iste liber, habent sua iura magistri; Qui pastum referant, ni licitum reneant.* — *Explicit geta.* In B. subscripta sunt verba: *Explicit comedia.* De aliis subscriptionibus supra iam loquutus sum.

APPENDIX AD PARTICULAM I.

de Boëstallerianae bibliothecae catalogo.

In prima particula dixi, illum catalogum secundum litterarum ductum seculo XV vel XVI ineunte scriptum esse videri, posteriusque verius est, quum in catalogo Violarium Arsenii, qui 1520 vixit, nominetur. Non multum illo iudicio a vero aberrari, nam Boësallerius, cujus verum nomen est *Boistaille* vel *Boistailli*, tempore concilii Tridentini Venetiis legatus regis Gallorum erat. Hoc nunc duabus epistolis a Laussacio ad Boëtallerium de rebus Tridentinis scriptis probare possum, quarum altera 6 die Septembr. mens. 1562, altera 26 die Maii 1563 scripta est, et in collectione epistolarum, de qua supra p. 8. n. 19. loquutus sum, inveniuntur. Boëstallerius nominatur: *Monsieur de Boistaille conseiller, maistre des requêtes ordinaire du Roy et son Ambassadeur à Venize.* Praeterea in duabus epistolis a Josepho Scaligero ad Petrum Danielem scriptis eius mentio iniicitur. Hae epistolae nondum editae esse videntur et in eadem collectione inveniuntur. In altera Basileae Calend. Jul. 1574 scripta Scaligerus his verbis de Boëstallerio filio loquitur *): *Aussi ie*

---

*) Quae sententiae in his epistolis de nonnullis illius temporis viris doctis proponantur, eius rei nonnisi unum exemplum proponere volo, non ut earum desiderium iniiciam, sed ut nonnulli viri eruditi, qui vix verbis meis credere voluerunt, nunc re ipsa admoniti dubitare desinant. In priore illa epistola Scaligerus haec de Henrico Stephano ad Petrum Danielem scribit: *J'exsecutai quand et quand le contenu de vos lettres, et les monstrai a Monsr. de Normandie, lequel non seullement m'a offert de rendre les scedules; mais encores est alle chez Henri Etienne plusieurs fois pour lui rendre les dictes scedules et retirer de lui les liures. Mais il n'en veult rien faire, chercheant* nescio quas προφάσεις, *tantost qu'il les cherchera, tantost qu'il ne les treuve pas. Ce n'est pas la premiere fois, qu'il a versé mal avec touts ceux qui ont eu affaire aueques lui. Si ne seres vous pas aussi le premier, qui uous pourres plaindre de lui. J'ai faict ce que i'ai peu, et vouldrois faire encores dauantage.* In altera epistola nonnulla verba de glossario leguntur a Petro Daniele cuidam tradito, qui quidem non nominatur, sed si comparamus quae modo adscripsi verba, veri fit simillimum, Scaligerum de Henr. Stephano loqui. Epistola his verbis est conscripta, nam, quum satis adsit spatii, totam iam adiicio: *Monsieur et frere, ie receus dernierement uos lettres avec les fragments des aucteus cités par uostre* Seruius, *de que ie uous remerciai naguieres par ma lettre, laquelle ie pense que uous aurez dejia receue, et uous en remercie encores dauantages. Le gentilhomme, qui uous porte les presentes, est fort mon ami, uoire lequel i'aime plus que moi mesmes pour sa uertu et bonté et doctrine, qui est en lui. Ce que uous pourres cognoistre, si uous le hantes tant peu que ce soit. Il uous dira quelques choses que ie lui ai dict de bouche, touchant vostre* Glossarium. *Car il n'est possible de l'arracher d'entre les mains de ce Juif, auquel uous l'aues baillé, tant s'en fault, qu'il uous aye remercie, ou qu'il uous en sente bon gré. Je me suis fort bien serui de uos fragments en mon* Festus, *et en ai bien faict mon proffit, lequel* Festus *ie uous ferai tenir, Dieu aidant, pour le plus long à la fin d'Aoust, si ie prenne homme, qui ueille prendre la charge de uous le porter. Je uous prie m'enuóier un Plaute de Lambin. Et n'attendes poinct qu'il soit du tout acheué, ueu qu'il n'a pas faict sur les quatre dernieres moyennant que ie puisse auoir ce que le dict Lambin y a faict. comme plus au long le dict gentilhomme uous pourra conter. lequel quand uous uerres, estimes ueoir moi mesmes, et que c'est cellui, lequel m'est plus conioinct, que personne, qui uiue auioudhui. Dauantage, si uous uoies Monsieur d'Abain, ie uous prie lui faire mes tres humbles recommandations. Car ie doubte s'il est en France, par ce que s'il y estoit, ie ne fauldrois à lui escrire. Aussi en faire semblablement à Monsieur de la Roche Pozai, si uous le uoies. Je n'oblie pas aussi Monsieur de Boistailli, auquel ie desire faire seruice, comme uous lui pourres dire, s'il uous plaist. J'ai grand desir de ueoir uostre* Seruius. *Quant à mon Virgile, si uous le uoules imprimer, il fauldra mettre seullement ce qu'est de virgille et rien plus. Il uous*

desire estre recommandé bien fort à la bonne gré de Monsr. de Boistailli et lui dire, s'il uous plaist, que si ie lui puis faire seruice, qu'il me trouuera tousiours à lui et pour l'amour de feu Monsr. de Boistailli son père et par sa uertu. Car encores que ie ne l'aie ueu, si est ce que non tam aversus equos nostra sol iungit ab urbe, *que ie n'aie oui parler de sa doctrine et uertu.* In altera epistola: *Je noblie pas*, inquit, *aussi Monsr. de Boistailli, auquel ie desire faire seruice, comme uous lui pourres dire, s'il uous plaist.* Mortuus igitur est Boëstallerius pater, legatus, decennio, quod praeteriit inde ab anno 1563 usque ad 1574, et catalogus bibliothecae Boëstallerianae medio seculo XVI scriptus est, quo non solum grammatica, quae Aristarchi esse dicebatur, supererat, sed etiam *Ἀριστάρχου καὶ ἄλλων τινῶν ἑρμηνεία εἰς Ὀδυσσείαν Ὁμήρου.*

---

plairra nous en faire tenir un, et le dict gentilhomme paiera le tout. Ce que ie uous supplie de faire apres m'estre recommande bien fort à uostre bonne gré. Priant Dieu Monsieur et frere uous donne une santé bonne et longue uie.

De Basle le 24 Juillet 1574.

Vostre meilleur ami à uous seruir
JOSEPH DE SCALA.

Epistola haec inscripta est: *A Monsieur Monsieur Daniel Auocat en la Court de Parlement, demeurant chez Monsieur Joly Procureur en la dict Court, rue St. Jehan de Beauuois à Paris.*

LECTIONES

a professoribus et doctoribus privatis

per aestivum semestre spatium

MDCCCXXXX

habendae.

I. Ex ordine theologorum.

Encyclopaediam et methodologiam ternis horis docebit *Zyro*, P. o.
Introductionem in vetus testamentum septen. hor. *Dr. Lutz*, P. o.
Michae librum et nonnullos psalmos a studiosis se duce tern. hor. explicari curabit *idem*.
Introductionem in novum testamentum quin. hor. *Lic. Theol. Gelpke*, P. e.
Historiam Jesu adolescentis synoptice bin. hor. exponet *idem*.
Interpretationem epistolarum ad Thessalonicenses scriptarum moderabitur tern. hor. *Dr. Lutz*, P. o.
Propaedeuticen historiae ecclesiasticae docebit *Lic. Th. Hundeshagen*, P. e.
Historiae ecclesiasticae partem alteram octon. hor. *idem*.
Geographiam et statisticen ecclesiae protestantium quatern. hor. *Dr. Schneckenburger*, P. o,
Dogmaticae ecclesiasticae partem alteram *idem*.
Ethices christianae doctrinam de bonis communibus, de virtutibus et officiis bin. hor. *idem*.
Symbolicen quin. hor. *Lic. Theol. Hundeshagen*.
Homileticen Gallice docebit bin. hor. *Schaffter*. P. e.
Theologiam pastoralem quatern. hor. *Zyro*, P. o.
Exercitationes concionandi oct. hor. *idem*.
Exercitationes Gallice concionandi instituet *Schaffter*, P. e.

II. Ex ordine Iurisconsultorum
et
civitatum moderandarum disciplinas docentium.

A. *Iurisconsulti.*

Ius naturale senis hor. *Dr. Guil. Snell*, P. o.
Examina de iure generali et de Bernensium processu civili tern. hor. instituet *Dr. S. Schnell*, P. o.
Institutiones iuris Romani octonis hor. *Dr. R. Schmid*, P. e.
Examina de iure Romano bin. hor. instituet *idem.*
Nonnullas doctrinas iuris civilis Romanorum et Bernensium inter se comparabit bin. hor. *idem.*
De rationibus fundorum rusticorum in pago Bernensi *Dr. Rheinwald*, P. e.
Ius mercatorium et cambiale tern. hor. *idem.*
De constitutione rei publicae Bernensis tern. hor. *Dr. S. Schnell.*
Processum civilem communem cum praxi coniunctum sen. hor. *Dr. Guil. Snell.*
Processum civilem Bernensium sen. hor. *Dr. S. Schnell.*
Processum criminalem cum praxi coniunctum *Dr. Guil. Snell.*
Praxin processus et civilis et administrativi Bernensium quatern. hor. *Dr. Rheinwald.*

B. *Civitatum moderandarum disciplinas docentes.*

Oeconomiam publicam sen. hor. *Dr. Herzog*, P. o.
Oeconomiam publicam octonis horis *Dr. Siebenpfeiffer*, P. e.
Institutiones et administrationes pagorum Helveticorum ternis horis *Dr. Herzog.*
Vectigalium doctrinam quatern. hor. *idem.*

III. Ex ordine medicorum.

A. *Medicinam hominum docentes.*

Introductionem in medecinae studium bin. hor. *Dr. Car. Emmert*, priv. doc.
Historiam medicinae ternis horis *Dr. Theile*, P. e.
Comparativam de sceleto doctrinam bin. hor. *Dr. Valentin*, P. o.
Anatomiam comparativam, exclusa de sceleto doctrina, quatern. hor. *Dr. Theile.*
Physiologiam hominis septen. hor. *Dr. Valentin.*
Quomodo aegrotantium historiae scribendae sint docebit *Dr. Gu. Emmert*, priv. doc.
Pathologiam et therapiam generalem quatern. hor. *Dr. Rau*, P. e.
Pathologiam et therapiam generalem tern. hor. *Dr. Car. Emmert.*

Materiam medicam quatern. hor. *Dr. Rau.*
Materiae medicae partem priorem quin. hor. *Dr. Car. Emmert.*
Materiam medicam chirurgicam bin. hor. *Dr. Gu. Emmert.*
Pathologiam et therapiam specialem internorum chronicorum morborum denis hor. *Dr. Vogt*, P. o.
Pathologiam et therapiam morborum syphiliticorum quin. hor. *Dr. Tribolet*, P. e.
Morbos systematis nervorum peripherici bin. hor. *Dr. Valentin*, P. o.
Chirurgiam theoreticam duoden. hor. *Dr. Demme*, P. o.
Praxin chirurgicam, *idem.*
Exercitationes obstetricias in phantomate et feminis sen. hor. *Dr. Hermann*, P. e.
Clinicen medicam quatern. hor. *Dr. Vogt.*
Policlinicen medicam quotidie *Dr. Fueter*, P. e.
Clinicen chirurgico-ophthalmiatricam *Dr. Demme.*
Policlinicen ophthalmiatricam bin. hor. *Dr. Rau.*
Clinicen obstetriciam *Dr. Hermann.*

B. *Medicinam veterinariam docentes.*

Initia botanices tern. hor. *Koller*, P. e.
Botanicen practicam bin. hor. *Rychner*, P. e.
Physiologiam animalium domesticorum sen. hor. *Gerber*, P. e.
Initia anatomiae pathologicae bin. hor. *idem.*
Diagnosin in aegrotantibus animalibus tern. hor. *Koller.*
Examina de pharmacodynamice et pathologia generali instituet tern. hor. *Rychner.*
Artem formulas medicas conscribendi docebit et de pharmacologia examina instituet quin. hor. *Koller.*
Buiatricen quatern. hor. *Rychner.*
Chirurgiam veterinariam quin. hor. *Anker*, P. e.
Chirurgiam animalium domesticorum tern. hor. *Rychner.*
Chirurgiam veterinariam practicam tern. hor. *idem.*
Medicinam veterinariam forensem tern. hor. *Gerber.*
Clinicen veterinariam senis horis. *Anker.*

IV. Ex ordine philosophorum.

A. *Philosophi proprie dicti.*

Encyclopaediam et methodologiam philosophicam academicorum studiorum quatern. hor. docebit *Dr. Troxler*, P. o.

Historiam philosophiae enarrabit et praecipuarum scholarum placita inter se comparabit quatern. hor. *idem*.
Psychologiam quatern. hor. *Licent. Gelpke*.
Metaphysicen tern. hor. *idem*.

B. *Philologi*.

a) Litterae antiquae.

Syntaxin hebraicam tern. hor. *G. Studer*, privat doc.
Pindari selecta carmina interpretabitur quatern. hor. *Dr. Car. Müller*, P. e.
Isocratis panegyricum tern. hor. *Jahn*, P. e.
Demosthenis orationem pro corona bin. hor. *Dr. Rettig*, P. e.
Metaphysicen Aristotelis bin. hor. *A. Jahn*, priv. doc.
Ciceronis Tusculanas disputationes quatern. hor. *Dr. Car. Müller*.
Selecta Taciti capita et Ciceronis orat. pro Milone quatern. hor. *Jahn*, P. e.
Juvenalis satiras bin. hor. *Dr. Rettig*.
Antiquitates Romanas quatern. hor. *E. Schnell*, P. e.
Institutiones iuris Romani grammatice et historice interpretabitur *idem*.

b) Litterae recentiores.

Exempla veteris Germanorum linguae interpretabitur bin. hor. *G. Fröhlich*, pr. d.
Exercitationes Germanice scribendi instituet *Jahn*, P. e.
Praecepta Germanice scribendi docebit et exercitationes instituet *G. Fröhlich*.
Gœthii Faustum interpretabitur *idem*.
Shakespearii Julium Caesarem tern. hor. *Jahn*, P. e.
Historiam litterarum Gallicarum seculi XVIII exeuntis et XIX ineuntis tern. hor. docebit *Richard*, P. e.

C. *Historia*.

Historiam Graecam quin. hor. *Dr. Kortüm*, P. o.
Historiam recentissimi temporis quin. hor. *idem*.
Eginhardi vitam Caroli Magni bin. hor. interpretabitur *idem*.
Exercitationes societatis historicae moderabitur *idem*.

D. *Mathesis*.

Principia algebrae et geometriae bin. hor. *E. Volmar*, P. e.
Aequationes secundi gradus tern. hor. *idem*.
Mechanicen artium quaestuosarum quatern. hor. *idem*.
Scenographiam et sciographiam bin. hor. *Pursh*, priv. doc.

E. *Res naturales*.

a) Physica.

Physicen generalem sen. hor. *Dr. Trechsel*, P. o.
Physicen experimentalem quatern. hor. *Dr. de Tscharner*, P. e.
Thermasiologiam et opticen quatern. hor. *Dr. Trechsel*.
Mathematice nonnulla physices capita explicabit bin. hor, *idem*.
Chemiae generalis partem alteram senis hor. *Dr. Brunner*. P. o.
Chemiam analyticam cum praxi coniunctam senis hor. *idem*.
Meteorologiam bin. hor. *Dr. de Tscharner*.

b) Historia naturalis.

Zoologiam octonis hor. *Dr. Perty*, P. o.
Entomologiam quatern. hor. *idem*.
Geographiam Asiae in meridiem et occasum sitae bin. hor. *Bischoff*, priv. doc.

F. *Tactici*.

Historiam expeditionis anno 1799 in Helvetia, Germania et Italia factae bin. hor. *Lohbauer*, P. e.
Historiam belli, quo America septemtrionalis in libertatem est vindicata, bin. hor. *idem*.
Tacticen generalem et tacticen trium armorum generum tern. hor. *idem*.

G. *Artium magistri*.

Artem pingendi et secundum naturam delineandi *J. Volmar*, P. e.
Artem res anatomicas delineandi, *idem*.
Musices initia, bassum generalem et modulationis doctrinam bin. hor. *Pursh*, p. d.
Aestheticen musices, eius historiam et litteraturam *idem*.

CORRIGENDA.

Pag. 6, lin. 14. lege *quum*. Pag. 9, lin. 24. legendum esse videtur: *eorum operibus, qui*. Pag. 21, lin. 39. Matthaeus non *qui nimis*, sed *quid nimis* scripsit. Pag. 29, lin. 15. leg. *Janua*. Pag. 35, lin. 14. in fine versus punctum ponendum. Pag. 36, lin. 17. in fine semicolon addendum est.

